Ἀνακωχή. ῆς. ἡ. induciæ, requies, laxamentum.

Ἀναλαμβάνω. reficio, recupero, recreo, refoueo, rependo iacturam, damnũ ſarcio, ut ἀναλαμβάνειν τὴν δύναμιν reparare uires & copias: ἀναλαμβάνειν ἑαυτὸν, ad ſe redire, in integrum ſe reſtituere, in gradum ſe reponere: & ἀναλαμβάνοντες, ſiue ἀναλαμβανόμενοι, qui ex morbo cõualeſcunt, hoc eſt ἀνακομιζόμενοι, ἐκ τῆς νόσου ἀναφέροντες, ἀπὸ τῆς ἀσθενείας ῥαΐζοντες. Ponitur aliquando pro conſtringo, colligo, cogo. Vnde & medici in ſuis cõpoſitionibus hoc uerbo uti ſolent, cũ ſcilicet res contuſæ aliquo liquore coguntur, id eſt (ut Latini dicunt) excipiũtur. Et Plut. de milite diſperſo, τοὺς στρατιώτας ἀνεπλήρωσε λαβών. Aliquãdo pro reſumo, repeto, itero, iterum dico. Aliquãdo pro epulo excipio, comiter excipio. Aliquando pro retraho, retineo, ut ἀναλαμβάνειν τὸν ἵππον, equũ freno ſiſtere, & coërcere. Vnde & ἀντὶ τοῦ ἐπιτιμᾶν καὶ σωφρονίζειν ἑαυτὸν, id eſt reprehendere ſe, & emendare. Aliquando pro aliquem domum admittere, & penes ſe habere, ut apud Aeſchynem: & ἀναλαμβάνεσθαι εἰς τὸ γένος, agnoſci à patre, & in domum deduci: id quod poſt correctionem Athenienſes facere ſolebant. Ἀναλαμβάνειν τὴν χλαμύδα, Plut. pro chlamydem aſſumere, ac induere. Bud. Com.

Ἀναλγής. έος. ὁ, ἡ. ſine dolore eſt.

Ἀναλγησία. καὶ

Ἀνάλγησις. εως. indolentia & ſtultitia, ἀναισθησία. Id propriè uitiũ eſt, cum quis uacat dolore & ſenſu ſui mali, & ob id ſtupẽs, in omne uitiũ fertur.

Ἀνάλγητος. ου. ὁ, ἡ. carens dolore, ſtupidus, qui mala boni conſulit, & indignationem rei non ſentit: & qui ita dedoluit, Latinè dicitur deferbuiſſe.

Ἀναλδής. ſiue potius ἀναλθής, ἄτροφον, ἀναυξής.

Ἀναλέγομαι. μ. ἔξομαι. decerpo, colligo ſparſa & effuſa, relego. Vnde ponitur aliquando pro legere, ἀναγινώσκειν, διέρχεσθαι. Aliquando pro argumentis, & ratiocinatione colligere, intelligere, indubitatum haberi, firmiter tenere ac cõcipere. Aliquando pro ἀναπεμπάζεσθαι, καὶ ἀναμιμνήσκεσθαι, καὶ ἀναπολεῖν. hoc eſt animo uerſo rem præteritam, & reminiſcor ac reputo, in memoriam reduco. Bud. Com. Depon. accuſ.

Ἀναλεήμων. ονος. ὁ, ἡ. immitis.

Ἀναλείχω. lambo.

Ἀνάλεκτα. τὰ. reliquiæ ſub menſa. Martialis, Colligere longa turpè nec pudet dextra Analecta, quicqd & canes reliquerunt. Sic dicta quòd colligi debeant, id eſt ἀναλέγεσθαι. Cæl. lib. 7. cap. 52.

Ἀναλεκτρίδες dicuntur quibus è xylino lino, uel quauis materia tanquam puluillis conſtipant ſcapulas prominentes puellæ, ut uideri habitiores poſsint. Cæl. ibidem.

Ἀνάλεκτος. collectus, quo uocabulo Se

neca uſus eſt pro libro collectaneorum. Appellat idem ἀναλεκτὰς grammaticos, qui lectione multa exercitati, memoria ſunt firmiſsima, ut quicquid unquã legerint, uel audierint ferè habeant in numerato. ἀπὸ τοῦ ἀναλέγεσθαι, quod ſignificat ἀμφιβόλως ἔχειν καὶ ἐννοεῖσθαι, id eſt firmiter tenere, ac concipere. Cæl. ibidem.

Ἀναλιξάμενος. diligens,

Ἀνάλημμα. ατος. τὸ. ſudes, firmamentum, altitudo.

Ἀναληπτικὰ φάρμακα, quæ recreandis defectis cõpoſita ſunt. Διαιτᾶν ἀναληπτικῶς τὸν ἀσθενοῦντα apud Galen. id eſt uictum præſcribere reſtituendis uiribus. Et ἀγωγὴ ἀναληπτικὴ, educatio & nutritio, uirium focillatrix, ab ἀναλαμβάνειν, quod eſt reparare uireis. Bud. Com.

Ἀναλῆσαι. ἀναθρέψαι.

Ἀνάληψις. εως. ἡ. reſumptio. Ἀνάληψις τῶν παίδων, agnitio ea, qua quis penes ſe aſciſcebat puerum, & quaſi filium agnoſcebat. Bud. Com.

Ἀναλισκω. καὶ

Ἀναλίσκω. conſumo, excido, deleo.

Ἀναλκία. ας. ἡ. impotentia.

Ἄναλκις. ιδος. ὁ, ἡ. impotens.

Ἀναλλοίωτος. ου. ὁ. inalterabilis.

Ἀνάλλομαι. deſilio.

Ἀναλύζω. ingemiſco.

Ἀνάλογα. proportione reſpondentia.

Ἀναλογάδην, aduerb. ſecundũ proportionem.

Ἀναλογητέον. repetendum eſt.

Ἀναλογητικοί. οἱ. philoſophi appellabantur apud Laërt. lib. 1.

Ἀναλογία. proprietas, ſimilitudo. Hãc (ut author eſt Quintil. lib. 1.) proxime à Græco trãsferentes in Latinũ, proportionem uocauerunt. Cicero cõuenientiam poſſe uerti exiſtimat: Quam ἀναλογίαν Stoici (inquit) nos appellemus cõuenientiam, ſi placet.

Apud mathematicos ἀναλογία eſt cum numeri duo aut plures, cũ item magnitudines inter ſe comparãtur, ad ſimilitudinem ſecundæ comparationis, iuxta æqualitatẽ aut inæqualitatem. ut ſi dicas, Vt ſe habẽt quatuor ad duo, ſic octo ad quatuor, & quanto eſt longior pes Herculanus alterius alicuius pede, tãto item ſtadium Herculanum pede ſexcenties commenſum, longius eſt eo ſtadio, quod alterius pede toties tranſmiſſum eſt. Apud grammaticos ἀναλογία eſt ſimilium ſimilis declinatio, ut inquit Gell. cuius uis eſt, ut ad aliquid ſimile, de quo non quæritur, referat, ut incerta certis probet: ut ſi quæratur, funis maſculini an fœminini ſit generis, ex eius diminutiuo cognoſcitur, quia funiculus generis maſculini eſt. Et Gaza orthographiam depræhendi ἀναλογίᾳ ait: ut ſi dicas ταχεῖα per diphthongon ει ſcribendum eſſe, quia βραχεῖα ita ſcribitur, quòd quemadmodum ἀπὸ τοῦ βραχέος deducitur βραχεῖα, eodem modo à ταχέος ταχεῖα. Eraſ. ad Roman. annotat ἀναλογίαν eſſe congruentiam rei ad aliquid relatæ, uelut cum dicimus, Cicada magnas habet alas proportione corporis. nam paruæ ſunt alæ, ſi ad alas conferantur papilionum, putatq́ in eo loco Pauli, portionem uertendum: alij menſuram competentem.

Ἀναλογίζομαι. ratiocinor, reputo, æſtimo, expendo, animo uerſo, delibero, recordor, ſicut ἀναλέγομαι. Ponitur aliquãdo pro errorem reputare, retractare, reſipiſcere & ſeſe reſpicere, Pollu.

Ἀνάλογον

Ἀναλόγιον. ου. τό. pulpitum.

Ἀναλογισμός. οῦ. ὁ. reputatio.

Ἀνάλογον. proportione reſpõdens, proportione conſtitutum, proportionabile.

Ἀναλογῶ. ὁμοιῶ. Datiuo iung.

Ἀναλόγως. ἴσως, ὁμοίως.

Ἀναλογώτατος. ου. ὁ. aptiſſimus.

Ἄναλος. ου. ὁ. inſulſus, χωρὶς ἁλῶν.

Ἀναλόω. expendo, conſumo, pereo, euaneſco.

Ἄναλτος. ου. ὁ. inſatiabilis, μή ποτε ἄλις ἔχων, ἢ ὁ ἄπλησθ μὴ δυνάμενος.

Ἀναλύζω. ἀνανύζω.

Ἀνάλυσις. εως. ἡ. reſolutio, reditus, retextio complexionis. Bud. Com.

Ἀναλυτικός. οῦ. reſolutiuus.

Ἀναλύω. reſoluo, redeo, quẽadmodum qui diſcedit ſoluere dicitur. Pro immutare aliquando. Bud. Com.

Ἀναλφάβητος. ου. ὁ. indoctus, qui ne elementarias quidem literas nouit.

Ἀνάλωκα, καὶ ἀνήλωκα. conſumpſi, ab ἀναλίσκω.

Ἀνάλωμα. ατος. τό. expenſa, ſumptus.

Ἀναλωτής. οῦ. ὁ. qui expendit.

Ἀναλωτὴς. οῦ. ὁ. expenſor.

Ἀνάλωτος. inexpugnabilis, qui non capitur.

Ἀναμάξευτος. ου. ὁ, ἡ. deuia per quam nequeant agi currus.

Ἀναμάρτητος. ου. ὁ. inſons, nulla peccati labe pollutus, innoxius. Neq; ſolum ſignificat eum, qui nõ peccauit, ſed eum qui ne peccare quidem poteſt, ut indicat Hieron. Vnde τὸ ἀναμάρτητον, ſtatus inſons, & prorſus Theonini dentis neſcius. Cal.

Ἀναμαρύκομαι, καὶ

Ἀναμασάομαι. rumino, remando: & tranſlate pro conſideratius aliquid mente uerſo. Ariſtoph. Veſpis. Μόνος τὸ πρᾶγμ᾽ ἔγνωκε ἀναμασώμενος.

Sic Varro, Non modo abſens quicquã de te æquius cogitabit, ſed etiã ruminabitur humanitatem tuam.

Ἀναμασσῶ. ἀναζητῶ.

Ἀναμάττομαι. reficio, recreo, abſtergo.

Ἀναμάττω. ſubigo, καὶ ἀναφυρῶ. Item luo, Hom.

Ἀναμάχομαι. repello, expugno.

Ἀνάμελκτος. ου. ὁ. immulctus.

Ἀναμέλπω. cano.

Ἀναμέμνημαι. reminiſcor, memini. Depon.

Ἀναμένω. μ. ἀναμενῶ. expecto, patior, ſuſtineo, perfero.

Ἀναμέρος. uiciſſim. ἐν μέρει.

Ἀνάμεστος. ου. ὁ, ἡ. plenus, refertus.

Ἀναμετρεῖν, uel ἀναμετρεῖσθαι. remetiri, ſupputare, recogitare.

Ἀναμετρής. έος. ὁ, ἡ. immenſus.

Ἀναμέτρησις. εως. ἡ. dimenſio.

Ἀναμηρύκομαι. rumino.

Ἀναμηχάνομαι. contrà machinor.

Ἀναμιγνύω. μ. σω. immiſceo. actiuum.

Ἀναμίλλητος. non contentioſus.

Ἀναμιμνήσκομαι. σομαι. recordor. Depon. genit.

Ἀναμιμνήσκω. μ. σω. admoneo.

Ἀναμίξ, mixtim, ꝑmiſcuè, ἀναμίγδην.

Ἀναμισθαρνέω. μ. ήσω. π. κα. capio mercedem.

Ἀνάμματα. τά. recordationes.

Ἀνάμμαχος. ου. ὁ. enodis.

Ἀναμνάω. μ. ήσω. π. κα. facio reminiſci, ſuggero. Lucian. ἀνάμνησον σεαυτὸν, memorem fac teipſum, reducas tibi in memoriam. Gaza ex Cic. ἅπαντας οὓς ἀνέμνησα, Omneis quos memoraui. actiuum.

Ἀνάμνησις. εως. ἡ. reminiſcentia. differt ab ὑπόμνησις. de quo Ammon.

Ἀναμνηστικός. οῦ. ὁ, ἡ. facile reminiſcens, memoria excellens.

Ἀναμέγνυμαι & ἀναπομέγνυμαι eſt im

primo, inuro, quaſi tergendo imprimendoq; imbuo: quæ ſignificatio ex eo manauit, quòd infricando & odor & color hæreſcit, quare etiam προϛρίβεσθαι dicitur.

Ἀναμοχλεύειν. ſubmouere, ἀνακινεῖν.

Ἀναμπλάκητος. ου. ὁ, ἡ. infallibilis.

Ἀναμύειν. ἀναβλέπειν.

Ἀναμυρίζεσθαι. χρηματίζεσθαι.

Ἀναμφίβολος. ου. ὁ, ἡ. minime dubius. Vnde ἀναμφιβόλως ἔχειν, firmiter tenere, nihil ambigere, indubitatũ habere.

Ἀναμφίλογος. ου. ὁ. indubius. Vnde aduerb. ἀναμφιλόγως, ſine cõtrouerſia, ſine dubio.

Ἀναμφισβήτητον. τὸ. non controuerſum, & quod conſtat & conuenit, indubitatum.

Ἀνανδρία. ας. ἡ. effœminatio, mollities, puſillanimitas, timiditas.

Ἄνανδρος. ου. uiro carens, innupta, parum uirilis.

Ἀνάνδρως. ignauiter.

Ἀνανεάζω. renouo, muto me in aliam formam.

Ἀνανεηχθείς. ad ſe reuerſus.

Ἀνανεῖμαι. ἀναγινώσκειν, καταλέγειν.

Ἀνανεοῦμαι. inſtauro, reſtituo. Item in memoriam reduco, & reuoco noua lectione, quod Quintil. renouare memoriam dixit. Lucian. ἐρωτικοὺς μύθους ἀνανεούμενος.

Ἀνανεύω. μ. σω. abnuo. Neutrum.

Ἀνανεόω. μ. ώσω. renouo.

Ἀνανέωσις. ἡ. renouatio.

Ἀνανεανίσκομαι. repueraſco.

Ἀνανεάζομαι. idem.

Ἀνανήφω. μ. ψω. π. φα. reſipiſco, ad me redeo, me colligo: proprie ad ſobrietatem redeo. nam νήφειν ſolarium ſignificat.

Ἀνανθής. έος. ὁ, ἡ. flore carens.

Ἀναίτιον. τὸ. innocuum, incolume, ſine dolore.

Ἀνανοσέω. μ. ήσω. in morbum recido. Neutrum.

Ἀνανταγώνιστος. ου. ὁ, ἡ. qui contrà certare nequit. Ἀνανταγώνιστον στρατὸν uocat Herodian. cui nemo reſiſtere poteſt.

Ἀνανταπόδοτον. ubi aliqua orationis pars non redditur: figura Atticis familiaris. Hom. Ἀλλ᾽ εἰ μὲν δώσουσι γέρας μεγάθυμοι Ἀχαιοί. deeſt παύσομαι, ἢ ἡσυχάσω.

Ἀνάντης. εος. ὁ, ἡ. arduus, accliuis.

Ἀναντίβλεπτον. quod non auſit contrà oculos tollere.

Ἀναντιλέκτως. contradictoriè.

Ἀναντίῤῥητος. ου. ὁ, ἡ. in authorem receptus, id eſt cui contradici nequit. Plutarch. in Themiſtocl. Vnde ἀναντιῤῥήτως, indubitatò, citra contradictionem.

Ἀναντιφώνητος. cui nihil reſpondetur, cui contradici non queat.

Ἄναξ. κτος. ὁ. rex, princeps, dominus, imperator. ab ἄκος, quod medelam ſignificat, quòd illis ſubditorum cura incumbat, authoribus Plutarch. & Euſtath. Vel ἀπὸ τοῦ ἀνάγω, τὸ κελεύω. Vel παρὰ τὸ τῆς ἄνω τάξιν ἔχειν, πρὸς ὃν πάντα ἀναφέρομεν. ἢ παρὰ τὸ ἀνακῶς, ὅ ἐστιν ἐπιμελῶς. Caſtor et Pollux ita primi appellati ſunt à nauigantium cura. Et tam de dijs quàm hominibus dicitur, ut Iliad. β. Εὐρείας δ᾽ ἄναξ ἀλῶν. Iſocrati ἄναξ minus eſt quàm βασιλεὺς, unde Iouem βασιλέα uocat, cæteros uerò omneis ἄνακτας.

Ἀναξαίνειν. ἀνακινεῖν, Heſych.

Ἀναξία. ας. ἡ. regio.

Ἀναξιδώρα. Ceres, ἡ ἀνάγουσα τοὺς καρποὺς ἐκ γῆς.

Ἀναξιοπαθεῖν. ægre ferre, indignum facinus clamare, indignum eſſe dice-

τε. Plutarch. Ἀναξιοπαθῶν δὲ ὁ Κρατε-ρὸς ἀνῆλθεν αὐτοῖς. Bud. Com.

Ἀνάξιος. ου. ὁ. indignus.

Ἀναξίως. indignè.

Ἀναξύειν. eradere.

Ἀναξυρὶς. ίδος. ἡ. feminale, ſubligaculum, interdum calciamenti genus. Euſtath. ſignificare ait id, quod Romani bracion dicunt, ἐκ τῆς ἀνασύρεσθαι, mutato σ in ξ.

Ἀνάπαιστος. qui & antidactylus, παρὰ τὸ ἀναπαίειν, id eſt ἀνάπαλιν ἀντικρούειν πρὸς τὸν δάκτυλον, id eſt quòd ſono reciproco repercutiat dactylum.

Ἀναπαιστρίδες. σφῦραι, mallei fabrorum.

Ἀνάπαλιν. ex contrario.

Ἀναπάλλω. ἀναπηδῶ, ἀνασείω.

Ἀναπαριάζειν. mutare ſententiam, pactum irritum facere, more Pariorū, qui aliquando bello ab Athenienſibus oppreſſi, ciuitatem ſe illis tradituros polliciti ſunt, ſi ab armis diſcederent: ſed iidem protinus mutauerunt ſententiā nacti aliunde auxilia.

Ἀνάπας. αντος. ὁ. uniuerſus.

Ἀναπατάξασθαι. ἀνακρούσασθαι ᾆσμα.

Ἀναπατῶ. impono.

Ἀνάπαυλα. ης. ἡ. requies. Vnde & pro loco ponitur, ubi ſubſiſtere ſolent ii, qui iter faciunt, quietis gratia. Ariſtoph. in Ran.

Ἀναπαύομαι. μ. σομαι. quieſco, interquieſco, deſino, quieti me trado, ἀνακλίνομαι, ὡς πρὸς ὕπνον. Deficio, morior. Herodian. de Commodo, καὶ ὑπὸ λιμάτῳ πάσχειν οἰηθεὶς, ἀνεπαύσατο. Item ἀντὶ τοῦ ἀποθνήσκειν. Idem de Marco imperatore, νυκτός τε καὶ ἡμέρας ἐπιβιοὺς μιᾶς, ἀνεπαύσατο, Vbi noctem diemq́; ſuperuixiſſet unam, fato functus eſt. Depon.

Ἀναπαυόμενον ὕδωρ. de fonte quodam Dodonæo dicitur, cuius aqua dici et noctis medio ſiſtitur, aliud tempus continuè fluens.

Ἀνάπαυσις. εως. ἡ. requies.

Ἀνάπαυστα. ἄῤῥητα, ἀνεκλάλητα, aliàs ἄπυστα.

Ἀναπαύω. μ. σω. reficio, id eſt recreo, quieſcere facio & ceſſare, refocillo. Matth. 11. Δεῦτε πρός με πάντες οἱ κοπιῶντες καὶ πεφορτισμένοι, κἀγὼ ἀναπαύσω ὑμᾶς. Actiu.

Ἀναπείθω. μ. σω. ſolicito, inſtigo, adduco, induco, perſuadeo. Accuſ.

Ἀνάπειρα. ας. ἡ. experimētū, exercitatio.

Ἀναπειράω. μ. άσω. π. ανα. meditor, iterum experior.

Ἀναπείρω. πήγνυμι, διαπείρω.

Ἀναπειστηρία. ἡ. quæ fidem auditoribus facere poſſit, perſuaſiua. Ariſtoph. Neph. πῶς ἂν μάθοιμι τὸν ὅπως ἀποφεύξομαι δίκας, ἢ κλῆσιν, ἢ χαύνωσιν ἀναπειστηρίαν.

Ἀνάπεπτος. ου. ὁ. palam factus.

Ἀναπεπταμένως. ἀναῤῥωσθεὶς.

Ἀναπεμπάζομαι. in memoriam redeo, præterita reputo, ἀναλογίζομαι, ἀναπολοῦμαι, ἀνανοοῦμαι. Ducta eſt translatio ab his, qui per quinos digitos aliquid computant. Lucian. de iis loquens qui ſunt apud inferos, & uitæ felicitatem requirunt, ὥσπερ τινα ὄναρ ἀναπεμπαζόμενοι τὴν παρ᾽ ἡμῖν διατριβὴν ἴσως. Eraſ. Chil.

Ἀναπέμπομαι. remitto.

Ἀναπέμπω. μ. ψω. deſtino, reduco.

Ἀναπετάννυμι, ἀπὸ τοῦ ἀναπετάω. μ. σω. καὶ

Ἀναπεταννύω. καὶ

Ἀναπετάω. extendo, aperio, laxo, ſum amplus Platoni, ſum propenſus Lucian. Actiu.

Ἀναπεπταμένος. τό. apertum.

Ἀναπεπληγμένος. ſtupefactus.

Ἀναπεπτωκὼς. ότος. ὁ. qui decidit, lāguidus, piger.

Ἀναπηγάζω. reddo.
Ἀναπηδάω.μ.σω. exilio, ſubſilio, proſilio, abripio me. Lucian. de ſponſa, quæ ſponſum uulnus in conuiuio accepiſſe uidebat, καὶ ἡ νύμφη δὲ ἀνεπήδησε. Ariſtoph. Ranis: Νῦν δὲ λάβεσαι γίνεται τὸν κατάλαφ' ἀδοὺς ἀνεπήδησε μέγα. Neutrum.
Ἀναπηνίζω.μ.ίσω. certus ſum, exoluo.
Ἀναπηρία.ας.ἡ. mutilatio alicuius membri.
Ἀνάπηρος.ου.ὁ,ἡ. cæcus, mutilatus, mancus.
Ἀναπίμπλαμαι. impleor.
Ἀναπίπτω. decido, ſupinus ſum, reſupinor, plus eſt quàm ἀνακύπτω. diſcumbo, accumbo, humi cōſido. Pœniteo, pigreſco, deſpero. nam ad animum transfertur, quemadmodū & apud Demoſth. δέδοικα μὴ νῦν ἀναπεπτωκότες ἦτε, id eſt ὕπτιοι, καὶ νυστάζοντες (inquit interpres) οὐκ ὀρθοὶ καὶ νήφοντες. hoc eſt, Animo nec ſtrenuo nec uigilanti arrectoq́, ſed ſupini & deſides & malis ueſtris indormientes. Hoc Cicero cōcidere appellat. Sic etiam Liuius, Victi autem ceciderunt animis. Dicitur & iacere Latinè.
Ἀναπλάζειν. διπλάζειν.
Ἀναπλανάομαι. fallor. Depon.
Ἀνάπλασμα.ατος.τὸ. mendacium.
Ἀναπλάττω, & ἀναπλάττομαι. fingo, id eſt comminiſcor, formo, imaginor quæ nunquam uidi. ἀντὶ τοῦ ἀνανεοῦμαι, refingo, id eſt inſtauro, ἀναγεννῶ, ἀνακτίζω, efformo, effingo, conficio.
Ἀναπλέκω. redimio, cæſariem colligo, hoc eſt ἀναλαμβάνω.
Ἀναπλέω. renauigo, amne aduerſo nauigo, redeo.
Ἀνάπλεως.ω.ὁ,ἡ. plenus, oppletus.
Ἀναπλημμυρεῖν. redundare, effluere.
Ἀναπληθύω.μ.σω. καὶ
Ἀναπληρόω.μ.ώσω. impleo. Actiu.
Ἀνάπλοος.ου.ὁ. receſſus, aſcēſio nauiū.
Ἀναπλόω. explico.
Ἀνάπλυσις.εως.ἡ. ablutio.
Ἀναπνέω.μ.νεύσω. ἀόρ. ἀνέπνευσα, ἀπὸ τοῦ ἀναπνεύω, reſpiro. Neutrum.
Ἀνάπνευσις.εως.ἡ. καὶ
Ἀναπνοή.ῆς.ἡ. reſpiratio, ἐκπνοή, reciprocatio ſpiritus, cum accipitur aër & redditur.
Ἀναπνευστικός.ου.ὁ,ἡ. ſpirans.
Ἀναπόβλητος.ου.ὁ. qui amitti non poteſt.
Ἀναπόδεικτος.ου.ὁ,ἡ. indemonſtrabilis, ut ἀναπόδεικτος αἰτία, improbata cauſa.
Ἀναποδείκτως. aduerb. ſine probatione.
Ἀναποδίδωμι.μ.δώσω. reddo, rependo. Actiu.
Ἀναποδιζόμενα. quæ iterū expendūtur.
Ἀναπόδιζος. pro ſcriba ſiue notario.
Ἀναποδίζω.μ.σω.π.κα. impedio. Item retro ago, retrocedo, quaſi dicas repedo. Dionyſ. de deliquio ſolis in morte Chriſti, Σελήνη δὲ μέχρι ἡλιακοῦ πέρατος ἐλθοῦσα, νῦν ἀναποδίζουσα. Aliquando ponitur pro reuoco, & tam ad perſonā quàm ad rem refertur. Ad perſonam, Herod. καὶ οὐδαμῆ ἄλλη ἀνεπόδισεν ἑωυτὸν, Atq; nuſquam alibi ſeipſum reuocauit, id eſt nuſquā id iterum dixit. Eſt enim hic ἀναποδίζειν τὸ ταὐτὰ πολλάκις λέγειν, καὶ τὸ ἀκριβῶς ἐξετάζειν, eadem frequenter dicere, ac diligenter inquirere, id quod faciūt, qui diligenter rem quærunt: ſæpius enim ſciſcitantur & reuocant eum quem interrogarūt. Ad rem, Herod. lib. 5. ὁ δὲ Ἀντωνῖνος ἔθεε πρὸ ἅρματος, ἀναποδίζων εἰς τοὐπίσω, quaſi retractans, rediēs. Sic Lucia. πρᾶγμα εἰς τοὐπίσω ἀναποδίζον dixit rem male cedentem, quotidie minus ac minus progredientem, quaſi retroage.

troageretur.

Ἀναποδισμός. οῦ. ὁ. diligens inquiſitio, reſolutio.

Ἀναπόδοτος. ὁ, ἡ. non redditus.

Ἀναπόδραστος. ου. ὁ, ἡ. ineuitabilis, μὴ δυνάμενος φυγεῖν.

Ἀναποθέω. recordor.

Ἀνάποινος. ου. ὁ, ἡ. præmio carens.

Ἀναποκρίνομαι. contrà reſpondeo.

Ἀναπόκριτος ἀποσέλλομαι. abſq; reſponſo remittor.

Ἀναπόλαυστος. ὁ. ἄγευστος, ieiunus.

Ἀναπολέω. μ. ήσω. uerſo in animo, reputo, expendo, ἀναλογίζομαι, ἀναπεμπάζομαι, ἀνανεοῦμαι, aperio. Actiu.

Ἀναπολόγητος. ου. ὁ, ἡ. inexcuſabilis.

Ἀναπόλυτα. τὰ. adhærentia.

Ἀναπόμπιμα δῶρα. τὰ ἀποστρεφόμενα.

Ἀναπόνιπτος. ου. ὁ. illotus, inabſterſus.

Ἀναποσκευή. ῆς. ἡ. impedimentum.

Ἀναπόστρεπτον. ἀνεξάλειπτον.

Ἀναπράττομαι. exigo, repoſco, recupero.

Ἀναπράττω. μ. ξω. π. κα. æſtimo. Accuſ.

Ἀναπρῆσαι. ἀναφυσῆσαι, ἐμπνεῖσαι.

Ἀναπρόβολος. ου. ὁ, ἡ. ad exitum uerſus.

Ἀνάπταιστον. τὸ μὴ πταῖον.

Ἀναπτερόω. do ſpem, attollo ſpe bona, attollo, Xenoph. 3. ἑλλην.

Ἀνάπτεσθαι εἰς σκύθας. fugere in Scythas.

Ἄναπτος. ἄληπτος.

Ἀναπτυκτός. οῦ. ὁ, ἡ. reſeratilis.

Ἀνάπτυξις. εως. ἡ. explicatio, declaratio.

Ἀναπτύσσω. μ. ξω. aperio, explico.

Ἀναπτυχή. ἀναπτυχή.

Ἀνάπτω. μ. ψω. incendo, ſuſpendo, reſuſcito, exuſcito, id eſt ἀναζωπυρῶ, ἀναζωπυρίζω. Chryſoſt. μὴ δὲ τὸ κοιμηθὲν ἤδη πένθος ἀνάψαι πάλιν, Luctū iam ſopitum ne rurſum exuſcites. Item tribuo, acceptum refero. Plutarch. αὐτῷ τὴν χάριν ἀνάπτων.

Ἀνάπαυσις. ὄκνησις, animus iacens & remiſſus. ab ἀναπίπτω.

Ἀναπυνθάνομαι. interrogo.

Ἀνάπυστος. ου. ὁ, ἡ. auditus, uulgatus.

Ἀναπωλεῖν. ἀναπιπράσκειν.

Ἀναραίσαι. παύσασθαι.

Ἀνάρακτος, publicus.

Ἀναρᾶσθαι. διαλύειν τὴν γενομένην ἀράν.

Ἀνάργυρος. ὁ. qui pecunia caret, etiam ſi alijs facultatibus abundat.

Ἄναρθρος. ου. ὁ, ἡ. male articulatus, infirmus, inconſtans. Sumitur & pro ſyllaba, cui litera deeſt, aut pro uerſu cui ſyllaba.

Ἀναρθῶ. excito, rurſus accendo.

Ἀναρίθμητος. ου. ὁ. innumerabilis, ἄπειρος, immenſus. Item uilis, in nullo numero habitus.

Ἀναρίθμιον. ἐχθρόν.

Ἀνάριστος. ου. ὁ. impranſus.

Ἀναριχάομαι. καὶ

Ἀναρρίχομαι. ſcando, prenſo manibus, ut fit murum ſcandendo. ταῖς χερσὶ καὶ τοῖς ποσὶν ἀντεχόμενον, ἀναβαίνειν πρὸς τὸ πρόσαντες, τρόπον ἀράχνης τοῖς ποσὶν ἀντιλαμβάνεσθαι, ἀναδίδοσθαι τὸ ὕδωρ, σκαλοβατεῖν. Gaza ex Cicerone, ἐπειδὰν τῶν μὲν ἄλλων οἱ μὲν τοὺς ἱστοὺς ἀναρριχῶνται, Cum alij malos ſcandant.

Ἄναρχος. ου. ὁ, ἡ. nullius imperio ſubiectus.

Ἀναρμοστεῖν. non quadrare, non congruere.

Ἀναρμοστία. ας. ἡ. inconcinnitas, incongruitas, diſcrepantia.

Ἀνάρμοστος. ου. ὁ, ἡ. diſcors, incongruus.

Ἀναρμόστως. incongruè, ineptè, inconcinnè.

Ἀναρμόττω. congruo, copulo. Actiuum, datiuo & accuſat. iung. Halicar. li. 4. πρεσβυτέρῳ τὴν πρεσβυτέραν ἀναρμόσαι, Segniori ſegniorem locant.

Ἀναροιζῶ. occido.

Ἀναςοῦσα. κύων.

Ἀναρπάζεσθαι. è medio ſubitò tolli, ad pœnam rapi. Item ſedibus euelli, hoc eſt ἀνασπᾶσθαι, ſedibus pelli, atque aliò habitatum mitti.

Ἀναρπάζω. μ. σω. ξω. diſcerpo, abripio. Actiuum.

Ἀνάρπαστοι. abrepti, diſcerpti, qui de medio tolluntur, quibus ſucceſſores mittuntur, atque à prouincia reuocantur. Herodian. lib. 5. ἐκ μικρᾶς καὶ ἀντιλοῦς διαβολῆς ἀναρπάστους ἐποίει, Ex parua leuiq; delatione rapi ad ſe iubebat abrogato imperio.

Ἀναῤῥάπτω. μ. ψω. π. φα. conſuo.

Ἀναῤῥεῖ. aſcendit.

Ἀναῤῥήγνυμαι. erumpo. Plutarch. de cõiuratis, ὡς ἅπαν ἀναῤῥαγήσεσθαι τόλμης, In omnem erupturos audaciam.

Ἀναῤῥηγνύω, καὶ ἀναῤῥήγνυμι. μ. ἀναῤῥήξω, ἀπὸ τοῦ ἀναῤῥήγω. frango, reſcindo, uiolenter edo, effundo, enitor.

Ἀναῤῥηθεὶς ὕπατος. creatus, electus conſul, ἀνακηρυχθείς.

Ἀνάῤῥηξις. εως. ἡ. irruptio.

Ἀνάῤῥησις. εως. ἡ. ἀναγόρευσις, electio, prædicatio, præconium. propriè in athletico certamine.

Ἀνάῤῥινον. εἶδος τῶν ῥινῶν παλίνδρομον ἰόν, Hippocrati.

Ἀναῤῥιπίζω. μ. σω. igne ſubleuo, refoueo, augeo. Ioſeph. lib. 2. Iud. πόλεμος καθ' ἡμέραν ἀνεῤῥιπίζετο, Pugna quotidie grauius augebatur. Item excutio, uibro, iacto, turbo.

Ἀναῤῥίπτω, καὶ ἀναῤῥιπτέω. μ. ψω. π. φα. iacto, in ſublime iaculor, unum ſuper aliud reijcio, eijcio, emitto. Herodian. lib. 1. πάντων δ' ἵππεις δὴ ὑπογαίων ἕκαστον ἀναῤῥιφθέντων ἐσαρίθμοις, ἀνεκτανεν.

Ἀναῤῥίψαι κίνδυνον. iacere periculum ſuper periculum, periculum periculo addere. ſuſcipere. ſubire periculum. Herodian. lib. 5. ἑλομένη πάντα κίνδυνον ἀναῤῥίψαι μᾶλλον, ἢ ἰδιώτην καὶ δοῦλον ἀποῤῥίψαι.

Ἀναῤῥιχώμενοι. οἱ. reciproco meatu aſcẽdentes. uide ἀναρριχάομαι.

Ἀναροιβδέω. ἀναῤῥοφῶ.

Ἀναῤῥοίβδησις. ἀναφορὰ τῶν ὑδάτων.

Ἀναῤῥοίω. ἀναροιζέω, occido.

Ἀνάῤῥοπος. ſurſum uergens, retrocedens.

Ἀνάῤῥοφεῖν. exugere, abſorbereq; flumina.

Ἀναῤῥύομαι. reſarcio. Hali. lib. 5. ἀναῤῥύσασθαι τὴν προτέραν ἧτταν. Sed ἀναῤῥύω, θύω, σφάττω, ἐπειδὴ θύοντες ἀνέκλων τοὺς τραχήλους τῶν θυομένων ἐπὶ τὰ ἄνω τρέποντες.

Ἀναῤῥυθμίζω. doceo, iterum inſtruo.

Ἀνάῤῥυσις. εως. ἡ. redemptio.

Ἀναῤῥῶγαι. ruinæ.

Ἀναῤῥωγής. apertus, hians, patens.

Ἀναῤῥῶσαι. reficere, reparare.

Ἀναῤῥωσθέντες. οἱ. reualeſcentes.

Ἀνάρσιος. ου. ὁ, ἡ. iniuſtus, inimicus, moleſtus, indignus. παρὰ τὸ ἀρῶ τὸ ἁρμόζω, ὁ μὴ ἄρτιος.

Ἄναρσις. bellum.

Ἀναρτάω. μ. σω. applico mihi aliquid, differo, ſuſpendo. Plutarch. in Otho. πάντων πρὸς αὐτὸν ἀνηρτημένων τοῖς ὄψεσι, Cum omneis eum oculis deſignarent ex eo ſuſpenſi: Cum omneis in eum uerſi eſſent, nutum eius expectantes, & ex uultu eius pendentes. Ἀναρτᾶν ἑαυτὸν eſt ſpem ſuam & præſidiũ in aliquo locare, & cum eo uitæ ſubſidia ſociare. Demoſth. οἱ τὸ δῆμον ἀναρτήσασιν ἑαυτούς, Qui populo ſe adiungunt, & populares eſſe uolũt. Aliquãdo pro dirimo, diſſocio, χωρίζω, irrito. Herodian. τούτων ἕνεκα ἀνάρτημαι ἐπ' αὐτοὺς στρατεύεσθαι.

Actiu. Bud. Com.

Ἀνάρτησις. ἀνακρέμασις, καὶ ἡ ἐπὶ ξύλου καθήλωσις.

Ἀνάρτιος.ου.ὁ. impar.

Ἀναρτάω.μ.ήσω.π.ηκα. molior.

Ἀναρτῶμαι. uoce paſsiua tantum, conſcilio mihi, & aſciſco, amicitiaq́ deuincio. Xenoph. ταχὺ δὲ τοὺς πατέρας αὐτῶν ἀνήρτητο, id eſt, Amicos & bene cupientes reddidit ſuo congreſſu, ita ut diuelli ab eius amicitia nõ poſſent. Bud. Com.

Ἀναρυστήρ. ἐν ᾧ ὁ οἶνος ἀντλεῖται.

Ἀναρύτειν. ἀναντλεῖν, ἀπὸ τοῦ ἀρύεσθαι.

Ἄναρχα. nulli ſubdita imperio.

Ἀναρχία.ἡ. rebellio, contumacia, carentia principatus. Significat (inquit Eraſ.) huiuſmodi multitudinis licentiam, quando nulli paretur, ſed pro ſua quiſq́ libidine rem gerit, malum penè tyrannide peius.

Ἄναρχος.ου.ὁ,ἡ. principe uel principio carens.

Ἀνασαβρῶσαι. εἰς ὀροφὴν ἐμπλῆξαι.

Ἀνασαλάκεσθαι. ſubſilire.

Ἀνασαράζω. facio collidere.

Ἀνασασμός.οῦ.ὁ. abſciſſura.

Ἀνασείω. σω. concutio, commoueo.

Ἀνασειράζω. ἀνθέλκω, ἀνατρέχω, τὸν ἵππον ἀναχαιτίζω.

Ἀνασεσυρμένη. dicitur mulier quæ pudenda & tegenda detegit ueſte retracta & collecta.

Ἀνασεσυρμένος. impudens, obſcœnus.

Ἀνασηκοῦν. προστιθέναι τὸ ἐλλεῖπον, ἀνταποδοῦναι.

Ἀνάσιλλος. ἀναφαλαντίας, φαλακρὸς, ἄκοσμος τὴν κεφαλήν.

Ἀνάσιμος. ου. ὁ. reſimus ſiue ſimus, deformis. Ariſtophanes Eccleſ. καὶ μηδὲν διαποδῶσαι ἀνάσιμον, ὦ πρεσβύτερον. Heſichius. Ἀνάσιμον, τρίχωμα τὸ διὰ τοῦ μετώπου ἐπὶ κορυφὴν ἐστραμμένον.

Ἀνασιμοῦν. nares ad olfactum contrahere, ſubolfacere.

Ἀνασκαλεύω. ἀνακινῶ, ἀδημονῶ. ἀναλογίζομαι.

Ἀνασκευάζεσθαι. collectis uaſis migrare, uel patria faceſſere, hoc eſt μετοικιζόμενον σκευαγωγεῖν, ut decoctores & patria extorres, & qui ſolum uertunt. Bud. Com.

Ἀνασκευάζω.μ.σω. deſtruo, ædifico, inſtauro, ab integro reſtituo, moueo caſtra, refello, exporto.

Ἀνασκευὴ. ῆς. ἡ. refutatio, opus conſtruendi, ut Fabius dixit. Huic opponitur κατασκευή.

Ἀνασκησία.ας.ἡ. inertia.

Ἀνάσκητος.ου. ὁ,ἡ. inexercitatus.

Ἀνασκήτως. ſine exercitio.

Ἀνασκινδυλεύω. μ. εύσω. ſuſpendo, crucio.

Ἀνασκιρτάω. exilio.

Ἀνασκολοπίζω.μ. σω. in cruce ſuſpendo. σκόλοπες enim pali dicuntur.

Ἀνασκοπεῖν. meditari, conſyderare.

Ἀνασοβέω, euello, conturbo, eijcio, ſurſum reijcio, & excutio retrorſum. Lucian. ἀνασεσοβημένος τὴν ἐπὶ μετώπῳ κόμην.

Ἀνασπάζω. ἀναταράσσω.

Ἀνασπάσιος. ἀνεσπασμένος.

Ἀνάσπαστος. ſedibus pulſus, qui aliò habitatum mittitur. Item cui ſucceſſor mittitur, qui reuocatur è prouincia. Bud. Com.

Ἀνασπάω. άσω. expello, extraho. Actiu.

Ἄνασσα. ἡ. regina, hera.

Ἀνάσσω. ξω. impero. Genit. aut datiuo iung.

Ἀνασταδὸν. ſtando deſuper.

Ἀνασταλτικὰ, ſiue κατασταλτικὰ φάρμακα dicuntur remedia quæ cohibent & ſupprimunt.

Ἀνάστασις. εως. ἡ. reſurrectio, euocatio. Interdũ euerſio, è ſedibus expulſio, uaſtatio. Demoſthe. Olynth. prima. ὅτι νῦν οὐ περὶ δόξης, οὐδ᾽ ὑπὲρ μέρους χώρας πολεμοῦσιν, ἀλλ᾽ ἀναστάσεως καὶ ἀνδραποδισμοῦ.

Ἀναστατήριαι θυσίαι, αἱ ἐπὶ ἀναῤῥώσει νόσου.

Ἀνάστατοι. placentarum genus.

Ἀνάστατος. ου. ὁ, ἡ. uaſtatus, ſedibus ſuis expulſus, exul, extorris, euerſus. Ἀνάστατα ποιεῖν, deuaſtare.

Ἀναστατόω. μ. ώσω. labefacto, concito, diſturbo. Actiu.

Ἀναστάτωσις. εως. ἡ. idem quod ἀνάστασις.

Ἀνασταυρόω μ. ώσω. crucifigo.

Ἀναστέλλεσθαι. terga uertere.

Ἀναστέλλω. μ. λῶ. reprimo, propulſo impetũ irruentis, refreno, repello, remitto, attollo, eleuor. Actiu.

Ἀναστηλῶ. erigo ut cippum.

Ἀνάστημα. ατος. τὸ. exaltatio, altitudo.

Ἀναστῆσαι. erigere.

Ἀναστήσας. αντος. ὁ. qui remouit, uindicauit, expulit.

Ἀναστοιχειόομαι. μ. ώσομαι. reſoluor in elementa.

Ἀναστοιχείωσις. εως. ἡ. formatio inſtitutionum. Item corporum reſolutio in principia & elementa, reelementatio.

Ἀναστομάω. uerba aliena interrumpo.

Ἀναστομόω. aperio.

Ἀναστόμωσις. εως. ἡ. apertio uenarum.

Ἀναστρατοπεδεία. ἡ. ἀνάλυσις τῆς παρεμβολῆς, caſtrorum motio.

Ἀναστρατοπεδεύω. caſtra moueo, reuertor cum exercitu, contineo me in caſtris.

Ἀναστρέφομαι. uerſari.

Ἀναστρέφω. μ. ψω. reuertor. Xenoph. ἐπεὶ ἐγγὺς τοῦ τείχους ἐγένοντο, ἀνεστρέφοντο, Vbi ad mœnia acceſsiſſent, retrò reuerſi ſunt, ἀνεχώρησαν. Dicunt enim ἀναστρέφω & ἀναστρέφομαι pro eodem, quemadmodum apud Tulliũ reuerto & reuertor. Aliquando commuto, nego, cohibeo.

Ἄναστρος. ου. ὁ, ἡ. aſtris carens, obſcurus.

Ἀναστροφάδην. conuerſim.

Ἀναστροφή. ῆς. ἡ. inuerſio, ut Quintil. uocat, figura ſcilicet poëtica, cum uerbum quod præcedere deberet, ſequitur. Item reuerſio, reditus, receptus, conuerſio, uel alicuius in ſuum ſtatum reſtitutio, conuerſatio, conſuetudo.

Ἀναστροφάω. ἀναστρέφω.

Ἀναστυφελίζομαι. ἀντιβάλλομαι.

Ἀναστῦψαι. apud ueteres comicos, ἀνασπάσασθαι τὸ αἰδοῖον, ἐπᾶραι τὸ αἰδοῖον.

Ἀνασύρομαι. retrahor.

Ἀνασύρω. reuelo. Significat etiam detegere quod intus eſt, aut quod latere & tectum eſſe decet.

Ἀνασφαδάζω. exilio, recalcitro.

Ἀνασφῆλαι. ἀναῤῥωθῆναι. σφῆλον γὰρ τὸ ἰσχυρόν.

Ἀνασχαλεύω. ſuſcito, uel ſcrutor.

Ἀνασχέω. μ. έσω. tolero.

Ἀνάσχεσθαι. tolerare.

Ἀνάσχεσις. εως. ἡ. amotio.

Ἀνάσχετος. ου. ὁ. tolerabilis.

Ἀνασχίζω. reſcindo, diſcindo, exentero.

Ἀνασχών. όντος. ὁ. eleuans. χεῖρας ἀνέχων, Paſſis manibus orabat, Iliad. ſ.

Ἀνασεύζω. ἀνακτάομαι.

Ἀνάτασις. ιος. ἡ. comminatio ingens, minæ feroces & improbæ. Plutarch. in Cat. ἀνατάσιν καὶ ὄγκον τ̃ βασιλέως μὴ φοβηθάς. Item ἀνατάσει λακεῖν, cohibitione ſegneſcere, apud eundem. Bud. Com.

Ἀνατατικὸς. ῦ. ὁ. extenſus.

Ἀνατάττω. συντάττω, ὑποχνίζομαι.

Ἄνατε. ἀνάγκη.

Ἀνατείνω. μ. νῶ. καὶ ἀνατείνομαι. excito, extendo. Ἀνατείνειν τὴν χεῖρα apud Xenoph. pro eo quod Cicero dicit digitũ tollere unde & χειροτονία. Significat etiam uoce paſſiua idem quod ἀπειλεῖν, minari. Syneſ. νόμος ἀνατείνεται πολλὰ καὶ χαλεπὰ τοῖς μνηστεύουσι τὴν τ̃ ἐπιχωρίοις ἀρχὴν. id eſt, Lex minatur multa, eaq; atrocia ijs qui ambiunt patriæ principatum.

Ἀνατειχίζω. reædifico muros, cõmunio, inſtauro mœnia.

Ἀνατέλλω. orior. de ſole et luna propriè, cum de alijs ſyderibus ἐπιτέλλειν dicatur.

Ἀνατήκειν σώματα ἡδοναῖς. remolleſcere corpora uoluptatibus.

Ἀνατὶ. impunè, ἄνευ ἄτης.

Ἀνατίθεμαι. in paſſiua uoce eſt depon. & aliquando ſignificat execror.

Aliquando onus alij iniungo uel ipſe in humeros tollo, humeros ſubmitto oneri geſtando. Vnde & apud Xenoph. pro aliquam rem præſtandam atq; conficiendã ſuſcipere ponitur. Eſt etiam familiariter arcanum ſuum exponere, et (ut D. Hieron. ait) quaſi in ſinum amici ponere, & in medium adferre, communi conſilio uel probanda uel improbanda. Plut. τὴν πρᾶξιν ἀνέθετο τ̃ ἑταίρων τισι. Vnde & pro oſtendere legendũq; porrigere. Aliquando pro diſſere, reijce re in futurum. Item pro retractare, ſententiam mutare.

Ἀνατιθέμενοι. οἱ. numerati, dicati.

Ἀνατίθημι. in uoce actiua ſignificat ſicut ἀνατίθεμαι in uoce paſſiua, onus in iũgo, hoc eſt onus tollo, & in aliũ inclino. Item τὸ ἐπιτρέπω, permitto, cõmitto, mando, ut ἀνατίθημί σοι τὴν δίκην ἐπιμέλειαν. Item tribuo, acceptum fero. Syneſ. ἐγὼ δὲ ἀνετίθειν ἀεὶ ταῦτα τῷ θεῷ, Ego autẽ hæc deo ſemp acceptum referebam. Item τὸ ἀνάπτω, ſuſpendo: unde & ἀναθήματα, id eſt, donaria. Eſt & tribuo, hoc eſt propenſus ſum, & illi multum faueo, apud Platonem in Sympo. Sophocl. pro libero & abſoluo poſuit. Bud. Com.

Ἀνατιμήσας. ὑπερβαλλόμενος τῇ τιμῇ.

Ἀνατιναγμός. traſmutatio, tranſitus.

Ἀνατιτάω. πληρόω.

Ἀνατίτραιμαι. expello erodendo.

Ἀνατλάω. μ. ήσω. καὶ

Ἀνάτλημι. tolero, ſuſtineo.

Ἄνατλος. ἀκρατής.

Ἀνατολή. ῆς. ἡ. oriens.

Ἀνατολικός. ῦ. ὁ. orientalis.

Ἄνατος. ὁ. ἀβλαβής, innocuus, incolumis.

Ανατρέπω. μ. ψω. ſubuerto, euerto. Vnde ἀνατρέπεσθαι dicitur mare, cum id quod in imo eſt emergit, & ſurſum fertur.

Ἀνατρέχω. recurro.

Ἀνάτριπτος. ν. ὁ. non detritus, non fordatus, ut ſunt calcei ueteres.

Ἀνάτριπτος. attritus.

Ἀνατροπή. ῆς. ἡ. euerſio, ſubuerſio.

Ἀνατροφή. ῆς. ἡ. nutrimentum, alumna, quæ nutrit, uel quæ nutritur.

Ἀνατυλίττω. repeto, reuoluo animo, refrico, inuoluo, uerſo.

Ανατυπόυμαι. φαντάζομαι, ἀναπλάττω, imaginor, ſingo.

Ἀνὰ τυχόντα. ſecundum quod euenerit.
Ἀναυγῆς. non augeſceres.
Ἀναύδητος. ὁ, ἡ. ineffabilis.
Ἄναυδος. ου. ὁ, ἡ. mutus, inauditus, elinguis.
Ἀναυλεί. immune, ſine naulo.
Ἄναυλος. ου. ὁ, ἡ. ſine tibijs.
Ἀναυξής. έος. ὁ. detrimentum.
Ἀναύξητος. ου. ὁ, ἡ. incremento carens.
Ἀναύξω. augeo.
Ἄναντα καὶ κάταντα. ſcanſim & deſcenſim.
Ἀναφαίνω. μ. ανῶ. demonſtro, dico. Gaza in Cat. ἕτερον ἂν φέγγος ἐκεῖνος τῆς πόλεως ἀνεφάνη, Alterum ille extitiſſet lumen ciuitatis.
Ἀναφαίρετος. ου. ὁ, ἡ. qui nequit auferri, irreuocabilis. Ἀναφαίρετα κτήματα, ſtabilia bona, quæq́ auferri non poſſunt.
Ἀναφαλαντίας. ου. ὁ. caluus, recaluaſter.
Ἀναφαλαντίασις. ιος. ἡ. caluicium in ſupercilijs, quemadmodum φαλακρότης in capite. Gaza ſalitium interpretatur, ſed antiſper dum melius inuenerit.
Ἀναφανδόν. manifeſte.
Ἀναφαντίασις. ἡ. ſalitium, Theod.
Ἀναφαντὰ. καὶ
Ἀναφανδόν. palam. clarè, apertè.
Ἀναφέρεσθαι. ſurſum ferri, ſurſum attrahi, emergere, exiſtere.
Ἀναφέρω. refero, ſed hoc uarie, ut apud Herodot. ἀνέφερε γοῦν ἐς Αἰνείαν τὴν Ἀφροδίτης τὴν τοῦ γένους διαδοχὴν, Aiebat ſe oriundum ab Aenea. Et ἀναφέρειν πρὸς τὴν σύγκλητον, referre ad ſenatum, uel in conſultationem ponere. Et ἀναφέρειν τὴν αἰτίαν ἐπ᾽ ἄλλον, recuſare, exceptione crimen ſummouere, referre, & reijcere crimen in alium, ut ſolent qui excuſant, Demoſth. Sic etiam referre quæſtionē. Item pro reducere, ἀνάγειν. Item ꝑ inferre & cōportare, ut ἀναφέρειν εἰς τὴν ἀκρόπολιν. Item ſubuehere, ſuſtollere, tollere, ſubuolare, in altū tollere. Lucia. ἀναφερομένην κνίσαν uocat nidorē in aëra ſurgentem ac ſubuolantem. Item impedire, non ſuſtinere. Item conferre in mediū quaſiq́ in cumulum. Εἰς τὸν οἶνον ἀναφέρειν, uino imputare. Reſipiſcere apud Lucian. in Pſeud. Ἐπεὶ δὲ ἤδη πολλοὶ τῶν νοῦν ἐχόντων, ὥσπερ καὶ ἐκ μέθης βαθείας ἀναφέροντες. Ἀναφέρειν εὐχὰς, ſuſcipere uota. Bud. Cō.
Ἀναφής. inquietus.
Ἀναφίεστος. ἄμαχος.
Ἀναφθέγγεται χρησμοὺς. dare reſponſa. Plutarch. in Theſeo de Sibylla.
Ἀνάφθονος. ου. ὁ. copioſus.
Ἀναφλᾶν. impudicum eſſe, turpiter laſciuire, τὸ μαλάσσειν τὰ αἰδοῖα, mollius genitalia tractare, maſturbatorem agere.
Ἀναφλασμὸς. οῦ. ὁ. res uenerea. Cal. lib. 8. cap. 12.
Ἀναφλέγω. comburo.
Ἀναφλύστιος. ου ὁ. maſturbator.
Ἀναφλύστιοι. populus Antiochenſis.
Ἀναφλύω. μ. ύσω. ebullio.
Ἀναφοιβάσας. ἀνακαθάρας.
Ἀναφοιτᾶν εἰς Ἴδην. repetere Idam, ſæpe (ire.
Ἀναφορὰ. ᾶς. ἡ. ſubſidium. Demoſth. ὑπελείπετο δὲ αὐτῶν ἕκαστος ἑαυτῷ ἅμα τὴν φυγὴν, ἅμα δ᾽ ἔτι γένοιτο ἀναφορὰν. Interdum idem quod ἀποφορὰ authore Ammon. à quo tamen mox diſtinguit. Interdū emerſio, ſurſū uerſus latio, ſubuectio. Interdum relatio criminis, ius referendæ quæſtionis in aliū quempiam, quàm cū quo iudicium prius agitatum eſt. Recurſus ſaluus à forenſibus dicitur, hoc eſt, actio ſubſidiaria et reiecta in

alium, ius referendi controuerſiam, non uictori, ſed alij. Vocatur etiã ἀναφορὰ uel ἐπαναφορὰ ea pars cœli, quæ triginta partibus ab horoſcopo diſtat, in ſecundo ſigno exiſtens ab eo, in quo horoſcopus inchoatur, quaſi pars iamiam emerſura. Euaporatio apud Athenæ.

Ἀναφορεὺς. έος. ὁ. uectis.

Ἀναφορικός. οῦ. ὁ. relatiuus.

Ἀναφορικοί. qui ægrè ſordes è pectore extuſſiunt.

Ἀνάφορον. ου. τὸ. ἀμφίκοιλον, ἀμφίκυρτον, lignum utrinq; cauum, quo onera geſtantur: inſtrumentum quo aliquid portatur ac ſurſum à terra tenetur, cuiuſmodi eſt, quo mulieres in quibuſdam locis aquam à flumine geſtitant. Ariſtoph. Ran. μεταβαλλόμενος τἀνάφορον, ὅτι χιλιάζειν. Cal. li. 9. c. 3.

Ἀναφρά⸗ξας. αντος. ὁ. ſetis horrens.

Ἀναφροδισία. inuenuſtas.

Ἀναφρόδιτος. ου. ὁ, ἡ. Veneris expers, aduerſa Venere natus.

Ἀναφρονέω. μ. ήσω. reſipiſco.

Ἀναφύομαι. renaſcor.

Ἀναφύρω. miſceo, ſubigo. Actiu.

Ἀναφύσημα. τος. τὸ. euaporatio.

Ἀναφυσιάω. morior.

Ἀναφυσάω. μ. ήσω. inflo. Actiu.

Ἀναφύω. μ. ύσω. exurgo, renaſcor.

Ἀναφωνέω. μ. ήσω. exclamo. Neutr.

Ἀναχάζομαι. μ. σομαι. καὶ

Ἀναχάζω. μ. σω. cedo, retrocedo, iter inhibeo uel greſſum.

Ἀναχαίνω. ἀναξαίνω.

Ἀναχαιτίζω. μ. σω. cohibeo, refreno, impedio, detineo, coërceo, diſſuadeo.

Ἀναχάνειν, καὶ

Ἀναχάσκειν. hiare.

Ἀναχαύνω. reſoluo.

Ἀναχελίσσομαι. expectoro, interprete Hermol.

Ἀναχλιαίνεσθαι. ἀναξηραίνεσθαι.

Ἀναχοαί. πόροι.

Ἀναχρέμπτω. ἀναλαμβάνω. ſcreo.

Ἀναχρώννυμι. μ. σω. καὶ

Ἀναχρωννύω. ungo. Actiuum.

Ἀνάχρωσις. infectio.

Ἀνάχυσις. ἡ. mollities, laſciuia.

Ἀναχωρέω. μ. ήσω. reuertor, ſecedo.

Ἀναχώρησις. ſeceſſus, dilatio.

Ἀναχωρίζω. facio reuerti, aut ſecedere.

Ἀναχωρίτης. ου. ὁ. anachorita, qui in ſolitudinem, aut aliò quopiam ſecedit.

Ἀναψάω. μ. ήσω. frico.

Ἀνάψυξις. εως. καὶ

Ἀναψυχή. ῆς. ἡ. refrigerium.

Ἀναψύχω. μ. ξω, reſpiro, refrigero, refocillo, ἀνακτᾶσθαι ψυχὴν ἤδη κινδυνεύουσαν, τὸν λειποθυμοῦντα ἀναφέρειν. Actiu.

Ἁνδάνον. ου. τὸ. placitum.

Ἁνδάνω. placeo. Neutrum.

Ἀνδειράδες. πρασιαὶ, ὄχθοι ταφρώδεις.

Ἄνδηρα. flores, τὰ ἐν ταῖς αἱμασιαῖς ἄνθη, littora amnium.

Ἄνδηρον. ου. τὸ. pectuſculum manus.

Ἀνδίκτης. ου. ὁ. genus laquei, παρὰ τὸ δίκειν, τὸ βάλλειν.

Ἄνδιτον. ου. articulus.

Ἄνδιχα. bifariam, dupliciter.

Ἀνδοκάσθαι. ἐκ διαδοχῆς, Heſych.

Ἄνδρα γενέσθαι. maiorem annis fieri, quo tempore rationem repoſcebant, et reliqua tutelæ adminiſtratæ. Bud. Com.

Ἀνδραγαθέω. uiriliter ago, fortem & bonum uirum præſto, probitate utor.

Ἀνδραγάθημα. τος. τὸ. ſtrenuitas, uirilitas, ſtrenuè factum.

Ἀνδραγαθία. ας. ἡ. idem.

Ἀνδραγαθίζομαι. μ. ίσομαι. liberaliter ago.

Ἀνδράγρια. τὰ. ſpolia mortuis detracta. Sic etiam βοάγρια, ζωάγρια, μοιχάγρια, dicuntur.

Ἄνδραγχος. ου. ὁ. uel ἄνδραχος. δήμιος, carnifex, lictor.

Ἀνδρακὰς. uiritim, κατ᾽ ἄνδρα.

Ἀνδραποδιστής. ἀνδροπράτης.

Ἀνδραποδίζομαι. mācipio capio. Plut. in Ant. metaphoricè dixit Gabinium ἐξηνδραποδισμένον κομιδῆ τοῖς μυρίοις ταλάντοις, id eſt magnopere captū ingenti pollicitatione Ptolemæi regis, & ueluti Ptolemæo mancipatum. Bud. Com.

Ἀνδραποδίζω. ſeruos capio.

Ἀνδραποδισμός. οῦ. ὁ. mancipatio.

Ἀνδραποδιστὴς. οῦ. ὁ. plagiarius, mango, fur mancipiarius.

Ἀνδραποδοκάπηλος. uenditor ſeruorum, uenalitiarius mancipiorum.

Ἀνδράποδον. ου. τὸ. mancipiū. ſunt enim ſerui tanquam pedes dominorū, qui capitis rationem habent.

Ἀνδραποδώδης. ſeruilis.

Ἀνδραποδωδία. ας. ἡ. ſeruilis turpitudo.

Ἀνδράριον. ου. τὸ. uirunculus.

Ἀνδράχθης. ου. ὁ, ἡ. grauis potentibus, ὁ δυνάμενος ἀνδράσιν ἄχθος ποιῆσαι. ἀνδραχθεῖς λίθοι, ἀνδρὸς βαρεῖς. Eraſ. Chil.

Ἀνδράχνη. ης. ἡ. portulaca.

Ἀνδρεία. ας. ἡ. uirilitas, uirilis ætas, fortitudo.

Ἀνδρειᾶται. cædis accuſatores.

Ἀνδρείκελος. ου. ὁ, ἡ. uiro ſimilis, μίγμα τῶν ζωγράφων ὃ καλεῖται χρωμάτων κρᾶσις.

Ἀνδρεῖον. τὸ. uirile robur.

Ἀνδρεῖος. ου. ὁ. uirilis, magnanimus.

Ἀνδρεῶνες porticus.

Ἀνδρεράστρια. ας. ἡ. uirorum amans.

Ἀνδρεύμενος. ὁ. uir factus.

Ἀνδρία. ας. ἡ. ætas uirilis.

Ἀνδριαντίσκος. ου. ὁ. paruū ſimulacrum.

Ἀνδριαντοποιεῖν. ſtatuas effingere.

Ἀνδριαντοποιητική. ῆς. ἡ. ars faciēdarum ſtatuarum.

Ἀνδριαντοποιία. ἡ. ſtatuarū artificium.

Ἀνδριαντοποιός. οῦ. ὁ. ſtatuarius.

Ἀνδριὰς. άντος. ὁ. ſtatua, maxime uiri.

Ἀνδρίζομαι. μ. σομαι. καὶ

Ἀνδρίζω. uiriliter ago, nauo, ἀνδραγαθῶ.

Ἀνδριζόμενοι. οἱ. fortes.

Ἀνδρείκελος. purpuriſſum. Hermol. in Plin.

Ἀνδρικός. οῦ. ὁ. uirilis.

Ἀνδρηλατέω. μ. ήσω. uirū expello. Neut.

Ἀνδριστί. uiriliter.

Ἀνδρείτομαι. accedo ad ſtatum & robur uirile.

Ἀνδριφόντης. ου. ὁ. homicida.

Ἀνδροᾶ οὐδ᾽ ἀκαρῆ παρόντος. ne momento quidem.

Ἀνδρόβασμος. στενὸς ὁδός.

Ἀνδροβόρος. ἀνθρωποφάγος.

Ἀνδρογενεία. ἡ κατὰ ἄνδρας διαδοχὴ τοῦ γένους.

Ἀνδρογύναι appellabantur populi quidam in Aphrica, utriuſq; naturæ, inter ſe uicibus coëuntes, quibus dextra mamma uirilis erat, ſiniſtra uerò muliebris. Plin. lib. 8.

Ἀνδρόγυνος. qui utrumq; habet ſexum, fœminæ & maſculi. Huiuſmodi genuit Venus compreſſa à Mercurio, qui Ἑρμαφρόδιτος appellatur. In his (inquit Auguſtinus) ſic uterque ſexus apparet, ut ex quo potius debeāt accipere nomen, incertum ſit.

Ἀνδροδάμας. ὁ. gemma, ſic dicta quòd impetus hominum domet. Plin.

Ἀνδροδέστεροι. οἱ. uiriliores.

Ἀνδροδεῖσα. ἡ. quæ cum uiro conſuetudinem habuit.

Ἀνδροκάπηλος. μεταβολεὺς ἀνδραπόδων.

Ἀνδροκίβαλος. peruerſus, uerſipellis.

Ἀνδροκμῆτος. à uiro factus, uel in quo uir iacet, ſepulchrum.

Ἀνδροκτασία

Ἀνδροκτασία. ας. ἡ. cædes.

Ἀνδροκτόνοι. αἱ. mariticidæ.

Ἀνδρολήμη. ἀνδρὸς ἴχνος λῆμα.

Ἀνδροληψία. ἡ. καὶ

Ἀνδρολήψιον. τό. quid ſit Bud. explicat in annot. poſt. Moris (inquit) antiquiſsimi fuit, ut qui cædem perpetraſſent, ſi cum in externam urbem profugiſſent, ad pœnā expoſiti, non dederentur ijs, ad quos facinus admiſſum pertinebat, ipſis ut permitteretur iniuriam paſsis pignerandi poteſtas, quam ἀνδροληψίαν, & neutro genere ἀνδρολήψιον Græci uocant.

Ἀνδρολογία. uirorum delectus.

Ἀνδρολογίζω. uiritim deligo.

Ἀνδρολογῶ. milites conquiro, delectum habeo.

Ἀνδρομαῖος. ου. ὁ. humanus, uiros occidens.

Ἀνδρομανὴς. έος. ὁ, ἡ. inſaniens.

Ἄνδρομας, uocare ſolēt aurū illud quod appellant Democritij alcumiſtæ peculiatum. Hermol. in Plin. lib. 26. cap. 22.

Ἀνδρόμεος. ου. ὁ. uirilis.

Ἀνδρομήκης. εος. ὁ, ἡ. ad ſtaturā uiri factus.

Ἀνδρωνῖτις. ιτιδος. ἡ. locus in domo, ubi ſoli uiri habitant: ſicut γυναικωνῖτις, ubi ſolæ mulieres. Vitru. lib. 6. cap. 10. dictas ait ἀνδρωνίτιδας, quòd in eis uiri ſine interpellationibus mulierum uerſentur.

Ἀνδρόπαις. puer uirilitatem præ ſe ferens, puer qui iam ad uirilē ætatem tendit.

Ἀνδροπλήθεια. hominum conuentus.

Ἀνδραποδισμὸς τῆς πόλεως. excidium ciuitatis.

Ἀνδροποιός. οῦ. ὁ. uiros faciens.

Ἀνδραποδώδης. εος. ου. ὁ. ſeruilis, mancipium uile.

Ἀνδρὸς δυναμική. uiripotens.

Ἀνδροσάκες. herba eſt amara tenues cirros ſine folijs habens.

Ἀνδρότης. ητος. ἡ. ἀνδρεία, uirilitas, fortitudo.

Ἀνδροῦμαι. uir ſum, & nihil puerile præ me fero.

Ἀνδροφονία. ας. ἡ. homicidium.

Ἀνδροφόνος. ου. ὁ. homicida.

Ἀνδρυάλα. ἡ. andryala ex holerum genere, Theodor.

Ἀνδρειότατος. ου. ὁ. fortiſsimus.

Ἀνδρώδης. εος. ὁ, ἡ. fortis, uirilis.

Ἀνδρωδῶς. uiriliter.

Ἀνδρωθεὶς, καὶ εἰς ἄνδρας ἐγγραφεὶς, maior factus, adoleſcens qui iam tutelæ ſuæ permittebatur, qui Romanis uirilem etiam togam ſumpſiſſe dicebatur. Bud. Com.

Ἀνδρών. ῶνος. ὁ. locus ubi uiri uerſantur. Ἀνδρῶνας οἴκους uocabant ubi conuiuia uirilia ſolent eſſe, quòd eò mulieres non accederent. Vitru. lib. 6. cap. 10.

Ἀνδρώσασθαι. coire.

Ἀνδρεότης. uirtus, robur.

Ἀνδρῷος. ου. ὁ. uirilis.

Ἀνεπιβούλευτος. ου. ὁ. inſidiabilis, ἀνεπιβούλευτος.

Ἀνεγγυῶ. fideiubeo. Neutrum.

Ἀνέγγυος. illegitimus, illocabilis, indotabilis, ἄπιστος, Heſych.

Ἀνέγνωτος. ου. ὁ. ſcibilis.

Ἀνέγκλητος. ου. ὁ, ἡ. crimine uacans, in quem nullum crimen iure poſsis impingere, qui nihil admiſit ob quod in ius uocari debeat, cuiuſmodi Cato fuit, qui toties accuſatus, ſemper abſolutus eſt. A uerbo ἐγκαλεῖν, quod in ius uocare ſignificat. Vnde,

Ἀνέγκλητον διαγίνεσθαι. degere ſine crimine. &

Ἀνεγκλήτως. inculpatè, ut ἀνεγκλήτως ζῆν, pro ἀνέγκλητος.

Ἀνέγκυος. ου. inepta partui.
Ἀνεγκωμίαστος. ου. ὁ. illaudatus.
Ἀνέγερτον: ἀνυπόστροφον.
Ἀνέγρομαι. exurgo, expergiſcor, pro ἀνεγείρομαι.
Ἀνεγχώρητον. ἀμήχανον.
Ἀνένδεκτον. impoſsibile.
Ἀνέδην, pro ἀναίδην. nullo pudore, improbè, temerè, propalam, nullo diſcrimine, paſsim, improhibitè.
Ἀνείργω. cohibeo, os operio, reprimo.
Ἀνέζω. μ. σω. facio ſedere. Neutrum.
Ἀνέηκα. emiſi, genui, perſuaſi.
Ἀνεθείς. ἐντος. abſolutus, uenia donatus.
Ἀνεθέλητος. ου. ὁ. inuoluntarius.
Ἄνει. tanquam.
Ἀνείδεος. ου. ὁ. forma carens.
Ἀνειδωλοποιούμενος. ου. ὁ. effingens ſimulacra.
Ἀνείθη. requieuerat.
Ἀνείκασι ἐπιθυμίαι. deferbuerunt cupiditates.
Ἀνείκαστος. ου. ὁ, ἡ. incorporabilis.
Ἀνειλείθυια. ας. ἡ. Lucinæ expers, quæ nondum peperit, apud Euripid.
Ἀνεῖλεν. inimicè uſus eſt, occidit: uaticinatus eſt, apud Herodot.
Ἀνειλήμματα. στρόφοι.
Ἀνειλημμένος. fugitiuus, reprehenſus, retractus à Cicerone appellatur.
Ἀνείληπται. contractum eſt.
Ἀνειλήσαντες γραμματίδιον. qui aperuerunt literas.
Ἀνειληφὼς χαίτας. contractus crines, ut hi habent qui reticulis utuntur.
Ἀνείλοντο. reſpondebant. Ἀνείλεσθαι, συστρέφεσθαι, καὶ ἀλλήλους τοῖς δόρασι τύπτειν.
Ἀνειλοῦνται. uolutantur. συστρέφονται, εἰς τὸ ἄνω ἀνοῦνται.
Ἀνείμαθες. ἄφθονος, ἄπληρος.
Ἀνειμένος. ου. ὁ. particip. ab ἀνίημι. Negreus, diſſolutus, laxatus, remiſſus, tam in bonam quàm in malam partem. Gaza ex Cicer. ἀλλὰ μὴν ἀπρεπὴς ἐστιν ὁ τοῦ γέροντος λόγος, καὶ ἀνειμένος. Ἀνειμένος τῆς λειτουργίας, immunitatem conſecutus. Ἀνειμένος ἀὴρ, liquatus aër. Ἀνειμένος εἰς θράσος, ductus in elationem & audaciam.
Ἄνειμι. redeo, aſcendo, retrocedo.
Ἀνείμων. ονος. ὁ. nudus, ſine ueſte.
Ἀνεῖν. ἀναβαβαίζειν, ἀναπαύειν.
Ἀνεῖναι. omittere, tranſire.
Ἀνείπω. de alto dico, propriè per præconem declaro, pronuncio, publico. Reſpondeo apud Lucian. in Pſeud. τῷ δὲ ἀνεῖπεν ἔνδοθεν, ἐς κόρακας. Ἀνειπεῖν γνώμην, refellere decretum.
Ἀνείργω. μ. ξω. π. χα. prohibeo, religo, arceo, propello, & eum qui cœpit aliquid agere inhibeo. Ioſeph. lib. 4. ἀνείργειν τῷ λαῷ καταγγέλλων, Ferias populo denuncians. Ἀνείργεσθαι τῆς ἀπάτης, prohibere à fraude.
Ἀνεὶς. qui amiſit, & apud Euripid. aperuiſti.
Ἀνεῖσαι. ἐρευνῆσαι, ζητῆσαι, ἀνακρεμάσαι.
Ἀνεῖσθαι. ſolutum eſſe, relaxari.
Ἄνεισι τὸ φυτὸν ἀπὸ γῆς. ſuccreſcit, excreſcit.
Ἀνεισφόρος. ου. ὁ, ἡ. immunis.
Ἀνεῖται. diſſolutus eſt, id eſt mortuus eſt. Ἀνεῖται τῷ ἀπόλλωνι, dicatæ ſunt Apollini.
Ἀνέκαθεν. ab origine, iuxta ſuperiorem conſequentiam, à longe. Aduerb. & tam de loco, quàm de tempore dicitur.
Ἀνεκάς. deſuper.
Ἀνεκβίαστος. ου. ὁ, ἡ. inuiolatus.
Ἀνεκβιάστως. inuiolatè.
Ἀνεκδήμητος. ου. ὁ. qui non peregrinatur.
Ἀνεκδιήγητος. ου. ὁ, ἡ. inenarrabilis.

Ἀνεκδίκητος. ου. ὁ, ἡ. inultus.

Ἀνέκδοτος. ου. ὁ, ἡ. innupta, nondum elocata, non æditus Ciceroni ad Atticum.

Ἀνεκάλκιζον. exibat, proſiliebat. formatum à κίω, quod eo ſignificat.

Ἀνεκθέρμαντον. ου. quod calefieri non poteſt.

Ἀνεκλάλητος. ου. ὁ, ἡ. ineffabilis.

Ἀνέκλειπτος. ου. ὁ, ἡ. indeficiens.

Ἀνέκπληκτος. ου. ὁ. imperterritus.

Ἀνέκπλυτος. ου. ὁ, ἡ. illauabilis.

Ἀνέκραγον. uociferatus eſt.

Ἀνεκτός. οῦ. ὁ. tolerabilis, ab ἀνέχω, expectabilis. Matth. 11. τύρῳ καὶ σιδῶνι ἀνεκτότερον ἔσται ἐν ἡμέρᾳ τῆς κρίσεως ἢ ὑμῖν, id eſt tolerabilius.

Ἀνέκφρατον. τό. non interpretabile.

Ἀνεκφώνητος. ου. ὁ, ἡ. ineffabilis.

Ἀνέλεγκτος. ου. ὁ, ἡ. irredargutus.

Ἀνελεήμων. ονος. ὁ, ἡ. immitis, immiſericors.

Ἀνελεῖν. occidiſſe. ab ἀναιρέω, deſtruere, eruere.

Ἀνελευσόμενος. aſcenſurus.

Ἀνέλικτος. ſine argumento.

Ἀνελευθερία. ας. ἡ. illiberalitas.

Ἀνελεύθερος. ου. ὁ, ἡ. illiberalis, ſictè agens, ſordidus.

Ἀνέλη. ης. ἡ. uſus.

Ἀνέλιγκτον. τό. rectè habens, ἀνέγκλητον.

Ἀνέλιξις. ιος. ἡ. orbis.

Ἀνελίσσω. uoluo, reuoluo.

Ἀνέλκομαι. μ. ξομαι. ſurſum feror.

Ἀνελκύω. ſurſum traho, attollo.

Ἀνέλκω. μ. ξω. π. χα. abſtraho.

Ἀνέλκωτος. ου. ὁ. inuulneratus.

Ἀνελμηπής. ιος. ὁ, ἡ. ſitum non redolens.

Ἀνελλιπής. ιος ὁ, ἡ. cui nihil detrahi poteſt, cui nil deeſt.

Ἀνελιπής. ὁ. claudus.

Ἀνέλομαι. tollo, capio, educo. Ἀνέλεσθαι τὰ παιδία, tollere infantes, ut Fauſtulus Romulum & Remum.

Ἀνελπίζω. deſpero.

Ἀνέλπιστος. ου. ὁ. deſperatus, inſperatus, de ſpe deiectus, & Atticè, qui non torquetur ſpe futurorum, ſed quietè fruitur præſentibus. Non ſperans, Thucyd. ἀνέλπιστοι ἐπιγενέσθαι τινά, Non ſuſpicantes uenire quempiam.

Ἀνελπίστως. præter ſpem.

Ἀνέλυτρα. τά. quibus pennæ nulla cruſta integuntur.

Ἀνελυτρόν. οῦ. ὁ, ἡ. detectus.

Ἀνέλω. φονεύω. interficio.

Ἀνέμβατος. ου. ὁ, ἡ. inacceſſus, auius.

Ἀνεμέσητον. τό. non dignum ob quod quis ſuccenſeat, uitio non uertendũ. Lucian. ἔφης γὰρ ἂν καὶ σὺ ἀνεμέσητον εἶν, Forſitan diceres & tu quoq;, uitio dandum non eſſe.

Ἀνεμέσητος. ου. ὁ, ἡ. carens inuidia.

Ἀνέμυητος. imperitus.

Ἀνεμίδιος. ου. ὁ. uanus, friuolus.

Ἀνέμιος. ου. ὁ. ſubuentaneus, ὑπηνέμιος.

Ἀνεμόεις. όεντος. ὁ. uentoſus.

Ἀνεμοκοῖται. qui uentos ſopiunt, cuiuſmodi fuiſſe Corinthi quidam commemorantur.

Ἄνεμος. ου. ὁ. uentus, leuis, inconſtans ut uentus.

Ἀνεμοσκέπης. à uento protegens, uentum arcens.

Ἀνεμοτρεφής. ιος. ὁ, ἡ. nutritus ad uentum, ſolidus, fortis.

Ἀνεμοφόρητον. ου τό. uentis diſiectum.

Ἀνεμόω. agito uentis, commoueo.

Ἀνεμποδίστως. aduerb. nullo negotio.

Ἀνέμπτωτος. ου. ὁ, ἡ. illabilis.

Ἀνεμώδης. εος. ὁ, ἡ. uentoſus.

Ἀνεμώκης. ὁ. uelox.

Ἀνεμώλιος. ου. ὁ. uentoſus, uanus. ab ἄνεμος & ὄλω, quaſi quod cum uento interit. Eraſ. Chil.

Ἀνεμώνη. ἡ. papaueris genus, cu-

ius flos ſpecie quidem roſam imitatur, cæterum nulla odoris gratia. paſſim naſcitur in agris. Vnde prouerbium, ῥόδον ἀνεμώνῃ συγκρίνεις, Roſam cum anemona confers.

Ἀνεμώρεια. oppidum Phocidi contermi num. Vnde

Ἀνεμωρειεύς. nomen gentile.

Ἀνεμώλια. μάταια, ἄκαιρα. Eraſ. Chil.

Ἀνεμῶτις. ιδος. ἡ. cognomen Mineruæ in Peloponneſi loco quodã, quòd moleſtum uentum ſedaret.

Ἀνενδεής. ἐος. ὁ, ἡ. non indigens.

Ἀνενδεκτος. ου. ὁ, ἡ. impoſsibilis.

Ἀνενδοίαστος. ου. ὁ, ἡ. non dubius.

Ἀνενδοτος. ου. ὁ, ἡ. ſeuerus, nihil condonans.

Ἀνενδότως. bona fide ac citra ullum figmentum: quod etiam dicitur, ἀπηνικυβο..ςῶς, σπουδαίως, ἐπιεικῶς, quando fit aliquid non perfunctoriè nec translatiuè, ſed accuratè & enixè & toto opere. Bud. in Annot.

Ἀνενεγκεῖν. reducere, referre, reijcere, aſcendere, ut, ἐς τὸ κηρύκιον ἀνενέγκαι. Item reſpirare. Pauſan. ἔπειτα μεγάλοι πάλιν ἀνηνέχθη. Ἐκ νόσου ἀνενεγκεῖν, cõualeſcere. Ἐκ παραφροσύνης ἀνενεγκεῖν, reſipiſcere.

Ἀνενεγκὼν τὸν μῦθον εἰς ἀφανὲς, referens fabulam in occultum.

Ἀνενεγκάμενος. ου. ὁ. uictus.

Ἀνενεχθείς. ἐντος. ὁ, ἡ. relatus.

Ἀνενέργητος. ου. illaboratus, inutilis.

Ἀνενόχλητον. uacuitas moleſtiarum.

Ἀνενόχλητος. ου. ὁ, ἡ. uacuus ab omni moleſtia.

Ἀνέντες. οἱ. remittentes.

Ἀνεντευκτος. ου. ὁ, ἡ. inaffabilis, grauis moribus.

Ἀνεξάλειπτος. ου. ὁ. indelebilis, inexemptilis.

Ἀνεξέλεγκτος. qui crimine uacat, cuique nihil iure obijci poteſt, irreprehenſibilis, non examinatus.

Ἀνεξέλεγκτος φιλία. inuiolata, incorrupta amicitia.

Ἀνεξεπίμονον. τὸ μὴ ἐπιμεμενον.

Ἀνεξερεύνητος. ου. ὁ, ἡ. inſcrutabilis.

Ἀνεξέταστος. inexpenſus, inexcuſſus, inexaminatus.

Ἀνεξεύρετος ἀριθμός. numerus qui iniri non poteſt.

Ἀνεξικακία. clementia, patientia, malorum tolerantia.

Ἀνεξίκακος. ου. ὁ, ἡ. clemens, patiens, tolerans malorum. Ἀνεξίκακος φέρειν, æquo animo ferre.

Ἀνεξίτηλον. ἀδιάδηλον, μὴ ἔχον ἴξοδον.

Ἀνεξιχνίαστος. ου. inueſtigabilis.

Ἀνέξοδος. ἡ. ſine exitu, ἀνεξίτητος.

Ἀνέορτος σεβασμὸς θεῶν. incultus, incelebratus.

Ἄνεος. tacitus, ſine uoce.

Ἀνεοσμία. θάμβος.

Ἀνεπάγγελτος. non uocatus ad cœnam.

Ἀνεπαισθήτως. ſine ſenſu.

Ἀνεπαίσχυντος. ου. ὁ. inuerecundus, qui erubeſcere neſcit.

Ἀνεπαλλάκτα. τὰ. habentia dentes continuos. Bud. Com.

Ἀνεπανόρθωτος. inemendabilis.

Ἀνέπαφος. ου. ὁ. impalpabilis, irreprehenſibilis, quem attingere nequeas. ἀνέπαφος ὑποθήκη, dicitur pignus omni nexu ſolutum. Bud. Com.

Ἀνεπαφρόδιτος. ſine uenere, & gratia, inelegans.

Ἀνεπαχθής. ἐος. ὁ, ἡ. odio & inuidia carens, non moleſtus, alacer.

Ἀνεπαχθῶς. abſque inuidia.

Ἀνεπαχθῶς φέρειν. æquo animo ferre.

Ἀνεπηρέαστος. ου. ὁ, ἡ. inoffenſus.

Ἀνεπής. taciturnus.

Ἀνεπίβατος. ου. ὁ. inacceſſus.

Ἀνεπιβούλευτος. ου. ὁ, ἡ. inſidiabilis. ἄνευ ἐπιβουλῆς.

Ἀνεπίγραφος. ου. ὁ, ἡ. titulo carens.

Ἀνεπιδεεῖς. minime indigentes.

Ἀνεπίδηκτος. ου. ὁ. minime mordens.

Ἀνεπίδικος. ου. ὁ, ἡ. de cuius hæreditate nulla eſt inter cognatos controuerſia. Bud. Com.

Ἀνεπίδοτος. ου. ὁ. nihil proferens.

Ἀνεπιεικής. έος. ὁ, ἡ. durus, immitis, iniquus.

Ἀνεπιείκεια. ας. ἡ. durities, immanitas.

Ἀνεπίκαυτος. ου. ὁ, ἡ. aduſtione carens.

Ἀνεπικλήτως. citra accuſationem, Xenoph.

Ἀνεπικόριστος. ἀνύβριστος, ἄπιστος.

Ἀνεπίκοπος. μὴ ἐπιθυμῶν.

Ἀνεπικούρητος. ὁ. prouidētia deſtitutus.

Ἀνεπικρίνομαι. μ. οῦμαι. π. ιμαι. reſpondeo.

Ἀνεπίκριτος. ου. ὁ. imbecillis, qui neq; ſenſibili neq; intelligibili indicio utitur.

Ἀνεπιλήπτως. intrepidè.

Ἀνεπίληπτος. ου. ὁ, ἡ. incomprehenſibilis, irreprehenſibilis, inculpatus, qui reprehendi iure non poteſt, irreprehenſus. Ἀνεπίληπτος τοῖς τρόποις, irreprehenſus moribus. Ἀνεπίληπτος εἰμί σοι, non obnoxius ſum tuæ inuidiæ. Ἀνεπίληπτος τὸν βίον, inculpatæ uitæ. Ἀνεπίληπτος ἐξουσία, abſoluta poteſtas. Bud. Com.

Ἀνεπίληστος. ου. ὁ, ἡ. memorabilis, ſine obliuione, non abſconditus.

Ἀνεπιμέλητος. ου. ὁ. qui nullam curam habet.

Ἀνεπίμικτος ἀνθρώποις. nuper miſtus hominibus. Bud. Com.

Ἀνεπίμονος. ου. ὁ. intolerandus.

Ἀνεπίξεστος. ου. ὁ, ἡ. imperfectus.

Ἀνεπίπλαστος. ου. ὁ. nulla ſimulatione fucatus.

Ἀνεπίπλεκτος. ου. ὁ, ἡ. idem quod ἀνεπίμικτος, ἄμικτος.

Ἀνεπισήμαντος. ὁ. inglorius.

Ἀνεπισταθμεύτως. immunis ab hoſpitiȷs præbendis exercitui, uel principis commeatui, σταθμὸν μὴ δεχόμενος, ἤδη ἀγγαρείαν. Bud. Com.

Ἀνεπίστατον. ἀφύλακτον, ἀνάξιον.

Ἀνεπιστημονέστερος. ου. ὁ. indoctior, incredibilior.

Ἀνεπιστημοσύνη. ης. ἡ. inſcitia.

Ἀνεπιστήμων. ονος. ὁ, ἡ. indoctus, neſcius.

Ἀνεπιστρεφὴς τῶν ἀνθρωπίνων. non curās res humanas.

Ἀνεπίσχετος. ὁρμὴ, effrenatus impetus.

Ἀνεπίτακτος. nemine iubente aliquid agens, inuictus, fortis.

Ἀποδιΐσταμαι. ſeparor, χωρίζομαι.

Ἀποδικεῖν. cauſam defendere.

Ἀποδιοπομποῦμαι. auerto, reijcio, depello prodigium, deprecor, ablego, procul amoueo, expurgo, expio. Athen. lib. 9. ὁ δὲ σφόδρα φροντίσας, καὶ τὸ πρόβλημα ἀποδιοπομπησάμενος, At ille cum multum meditatus quæſtionem reiciſſet, uel per diſſimulationẽ tranſmiſiſſet. Bud. Com.

Ἀπαρενόχλητος. ου. ὁ. minime pturbatus.
Ἀπάρσις. ιος. ἡ. diſceſſus
Ἀπαρέσκομαι. ægrefero uel implacide. Interdum pro placo,
Ἀπαρέσκω. diſpliceo, improbor, Thuc.
Ἀπαρέω. careo. (latus.
Ἀπαρηγόρητος. ου. ὁ. inconſolabilis, deſo-
Ἀπαρήγω. μ. ξω. π. χα. iuuo.
Ἀπαρθενόω. non congruo uirginibus.
Ἀπαρθένευτος. ὁ. ἡ. non decens uirgines.
Ἀπαριθμέω. μ. ήσω. π. κα. καὶ ἀπαριθμοῦμαι. recenſeo, numero. Actiu. Bud. (Com.
Ἀπαρίνη. ἡ. lappa quæ in lente naſcitur, ὀροβάγχη.
Ἀπαρκεῖ. ſufficit.
Ἀπαρκής. contentus, congruens.
Ἀπαρκεῖν ἀποτυγχάνειν.
Ἀπαρκτίας. ου. ὁ. ſeptentrio uentus.
Ἀπαρνέομαι. μ. ήσομαι. denego. καθόλου ἀρνοῦμαι.
Ἀπάρνυμαι. ἀφαιροῦμαι. aufero.
Ἀπαρρησίαστος. ου. ὁ, ἡ. carens audacia loquendi.
Ἀπάρσεις. dicuntur qui & σταθμοὶ, manſiones. Sic dicti à tollendis ſarcinis, quemadmodũ σταθμοὶ à ſubſiſtendo.
Ἀπαρτάομαι. dirimor, ſeparor, aberro, longius digredior.
Ἀπαρτάω. μ. ήσω. π. ηκα. ſeorſum appendo, ſuſpendo, diſtraho, dirimo, diſſotio, auerto, alligo. Lucian. δι᾽ αὐτοῦ ἐμοῦ τὰς ἐλπίδας μοὶ ἀπαρτήσασα, Ex meipſo ſpem mihi ſuſpendens. Ἀπαρτᾶν τὸν λόγον, ſermonem deflectere.
Ἀπαρτί. admodum, poſthac, cõfeſtim, deinceps, affatim, ἀπηρτισμένως. Ariſtoph. ἔγωγε καὶ τοὺς δεξιοὺς καὶ σώφρονας ἀπαρτὶ πλουτῆσαι ποιήσω, Plene, omnino. Herodot. ἀπὸ τούτου εἰσὶ στάδια δύο ἀπαρτί.
Ἀπαρτία. ας. ἡ. perfectio, ἀποσκευή. Itẽ auctio ſub præcone, maximè ſupellectilis, ὁ κατὰ τὴν οἶκον κόσμος, ἤγουν τὰ λεγόμενα ἔπιπλα.
Ἀπαρτίζω. μ. ίσω. π. κα. perficio, omnibus numeris expleo, quadro, adæquo. Bud. Com.
Ἀπαρτικὸς. paratus itineri.
Ἀπαρτιλογία. ας. ἡ. rotunda ratio uulgo dicitur, ſolida ſumma, cum nihil nec excurrit, nec deeſt. Quadrans à Cicerone appellatur.
Ἀπάρτιον προγράφω. auctionem bonorũ facio, & auctionor. Bud. Com.
Ἀπαρτισμὸς. οῦ. ὁ. perfectio, complementum, omniũ partiũ iuſta abſolutio.
Ἀπαρύομαι. μ. σομαι. exhaurio.
Ἀπαρύττω. μ. ύξω. π. υχα. detraho.
Ἀπαρχαὶ. primi fructus, qui dijs conſecrabantur, quo uidelicet in proximũ annum augerent etiam arborum fœturam, ἀπάργματα. Bud. Com.
Ἀπαρχαιοῦμαι. obſoleſco.
Ἀπαρχῆς. ab initio.
Ἀπάρχομαι. μ. ξομαι. primitias ſoluo & decerpo, libamina facio. Herodot. ὁ θύσας τῶν κρεῶν καὶ τῶν σπλάγχνων ἀπαρξάμενος. Item τὸ ἄρχεσθαι, incipere, auſpicari. Ariſt. ἔδοξεν ἀπάρξασθαι τοῖς τοῦ βασιλέως ἐπιτάγμασι, Placuit delibanda iam eſſe regis mandata: per datiuum dixit. Greg. pro authorem eſſe & conditorem uſus eſt: ἧς αὐτὸς ἀπήρξατο, Cuius ipſe ædidit primordium: de Chriſti reſurrectione loquens, qui primus ſemel ſurrexit, poſtquam occidit. Bud. Com.
Ἀπαρχόμενος. ου. ὁ. qui facit primitias ſacrificij.
Ἀπάρχων στρατευμάτων. præfectus militis.
Ἀπαρωγὸς. opitulator.
Ἅπας τίς. quilibet, omnigenus.
Ἅπας. αὐτὸς. ὁ. καὶ
Ἅπασα. ης. ἡ. omnis.
Ἀπασβολάομαι. fuliginem excutio.
Ἀπασδέω. erro, fallor. Deductum ἀπὸ τοῦ

ἀπατάω.

Ἄπασι. ieiunè.

Ἀπασία. ας. ἡ. ieiunium.

Ἄπαστος. ου. ὁ, ἡ. ieiunus.

Ἀπαστράπτω. μ. ψω. π. φα. fulguro, reſplē deo: non ſolum de fulgore dicitur.

Ἀπασχολέω. impedio, uaco aut operā do.

Ἀπαταγί. ſine ſtrepitu.

Ἀπατάω. μ. ήσω. π. κα. propriè à uia aliquem deducere. nam πάτος uiam tri tam ſignificat. Vnde & pro decipere ponitur.

Ἀπάτερθε. ſeorſum.

Ἀπατεών. ῶνος. ὁ. deceptor, circūuētor.

Ἀπάτη. ἡ. fraus, ſuadela, deceptio, error.

Ἀπατήλιος. ου. ὁ. deceptibilis.

Ἀπατηλός. ῦ. ὁ. fallax, fraudulentus, fucatus.

Ἀπατούρια. feſta Athenienſium popularia quatuor dierum, quarum prima δόρπεια uocabatur, altera ἀνάῤῥυσις, tertia κουρεῶτις poſtrema ἐπίβδα. de hoc Suidas.

Ἀπάτωρ. ορος. ὁ. carens patre. Vulcani cognomen, apud Theocri. Apud Plu tarch. in Problem. ἀπάτορες σπόριοι interpretantur.

Ἀπαύγασμα. ατος. τὸ. ſplendor, relucētia.

Ἀπαυδάω. μ. ήσω. ηκα. interdico, excōmunico, defatigor.

Ἀπαυδέω. μ. ήσω. π. ηκα. defatigor.

Ἀπαυθαδίζομαι. μ. σομαι. καὶ

Ἀπαυθαδιάζω. deſiſto à contumacia, ſum arrogans.

Ἀπαυθαδιεῖσθαι. auſurum, audere.

Ἀπαυθαδισάμενος. ου. ὁ. minime aſſentiēs.

Ἀπαυθημερίζω. eodē die redeo, Xenoph.

Ἀπαύλια. τὰ. uel ἀπαυλία. ἡ. munera quæ dantur nouæ nuptæ ſponſæ, uel dies in quo noua nupta iacet cū uiro.

Ἀπαυράω. μ. ήσω. π. κα. ἀόρ. ἀπαῦρα. fruior, priuo, aufero.

Ἀπαύρω. priuo.

Ἀπαυσί. irrequietè.

Ἄπαυστος. irrequietus. ἄπαυστος γλῶσσα, cui ſilentium imperari non poteſt.

Ἀπαυτομολέω. à meipſo uenio, tranſfugio.

Ἀπαυτόθεν. per ſe, ſponte ſua, ἀπ' αὐτοῦ. Homer.

Ἀπαυχενίσαι ταῦρον. frenare taurum.

Ἀπαφίσκω. decipio, ἀπατάω.

Ἀπαφρίζεσθαι, deſpumare.

Ἀπέγγονος. ὁ. pronepos.

Ἀπεγγυαίζω. reſtituo, ἀποκαθίστημι.

Ἀπεγνωκώς. οτος. ὁ. diffiſus.

Ἀπεγνωσμένος. ου. ὁ. expers.

Ἀπεδανός. ῦ. ὁ. imbecillis.

Ἀπέδει οὐδὲν ναοῦ. deterior, aut inferior nihil templo.

Ἀπεδίζειν. æquare, planare, ὁμαλίζειν.

Ἄπεδον. τό. arduum, planum.

Ἀπέδρα. aufugi, ἀόρ. ά. ab ἀποδράω.

Ἄπει. abi, abſcede. Et in præſ. & fut. abes, diſcedis, & diſcedes.

Ἀπειδών. reſpiciens.

Ἀπείθανος. ου. ineptus.

Ἀπειθής. έος. ὁ, ἡ. imperſuaſibilis, inobediens, contumax, incredulus.

Ἀπειθία. ας. imperſuaſibilitas, inobediētia, cōtumacia, diffidentia, incredulitas. (dicto.

Ἀπειθοῦντες. οἱ. increduli, non audientes

Ἀπειθῶ. ἀπιστῶ, nō pareo, inobediens ſū.

Ἀπεικάζω. μ. σω. π. κα. aſſimilo, effigio, exprimo.

Ἀπείκασμα. τος. τὸ. ſimilitudo.

Ἀπεικόνισμα. τὸ. adumbratio.

Ἀπεικός. τος. τὸ. indecens.

Ἀπεικότως. improbe, indecenter.

Ἀπειλέω. μ. ήσω. π. ηκα. promitto, inſulto, minor, glorior.

Ἀπειλή. ῆς. ἡ. minæ, ira. παρὰ τὸ ἀπωθεῖν ἰλλοὺς εἶν.

Ἀπειλητήρ. ῆρος. ὁ. iactator, minator.

Ἀπειληφότες. οἱ. conſecuti.

Ἀπειλούμενα κακά. impendentia.
Ἀπειλοῦμαι. minis terreor.
Ἄπειμι. abſum, abeo, proficiſcor. ἄπειμι ἐπὶ πατρίδα, Redit in patriam.
Ἀπειπεῖν eſt negare deuiando, interdicere, prohibere, recuſare, renunciare: unde μῆνιν ἀπειπὼν apud Homerum Iliad. τ. Iram renuncians, finiens, remittens, nuntium inimicitiarum remittẽs, ualere iræ pertinaciã ſinens. Item ἀποκαμεῖν, laſſeſcere, fatiſcere. Idem & ἀπαγορεῦσαι ferè ſignificat: quod etiam abdicare eſt, & retractare quod dictum eſt, hoc eſt pollicitationem uel promiſſum renunciare, & quaſi ſeſe reprehendere, reuocareq́. Ἀπειπάμενος πᾶσαν τὴν ἐλπίδα, Deſpondens omnem ſpem. Ἀπειπάμενοι τὴν γνώμην τὴν σὴν. Repudiantes tuã ſententiã. Itẽ ἀπεῖπε, iuſſit, uictus fuit. Bud. Com.
Ἀπειράκις. infinite.
Ἀπείρασον. τὸ. inexperientia, intentatũ.
Ἀπείρατος. ου. ὁ. intentabilis, qui tentari non poteſt, aut qui non tentat.
Ἀπείργω. μ. είρξω. π. κα. prohibeo, arceo, deterreo, coërceo, impedio, abſtineo. Bud. Com.
Ἀπερίστος. ου. ὁ. infinitus.
Ἀπείρηκα. defeſſus ſum.
Ἀπειρηκώς. ότος. ὁ. feſſus.
Ἀπειρημένα. τά. prohibita.
Ἀπειρημένος. ου. ὁ. infandus.
Ἀπείρηται. interdictum eſt.
Ἀπείρητος. ου. ὁ. inexpertus.
Ἀπειρία. ας. ἡ. inexperientia.
Ἀπειρέσιος. ου. ὁ. infinitus, immenſus, interminus.
Ἀπειρόκακος. ου. ὁ. malorum expers.
Ἀπειροκαλία. ας. honeſti inexperientia, decori ignorantia, inſolentia, inelegantia. Quod uitium eſt eorum (inquit Bud. de Aſſe) qui nec bona ſua nouerunt, nec eorum uſui acquieſcunt, qui ſerijs in rebus operam bonam ac ſtrenuam nauare didicerũt.
Ἀπειρόκαλος. ου. ὁ, ἡ. honeſti expers, inſolens, inelegans, uitæ mundioris ac elegantioris rudis, parum modeſtus, decori neſcius, qui quid loco conueniat neſcit, quem Latini ineptum uocant. Gel. lib. 11. cap. 6. & lib. 18. ca. 8. & Bud. de Aſſe lib. 1.
Ἀπειροκάλως. inſolenter, ineptè, præter decorum, parum modeſte. Ἀπειροκάλως χρῆσθαι, abuti.
Ἀπειρολεχής. έος. ὁ, ἡ. tori expers, uirgo.
Ἀπειροπάθεια. affectus nimius & ſine fine.
Ἀπειροπλάσιος. ου. ὁ. multiplex.
Ἀπειροπόλεμος. ου. belli imperitus.
Ἄπειρος. ου. ὁ, ἡ. inexpertus, multus. Hoc nomine quandoq́ intelligunt tunicã exitu nullo. Meminit Sophocles in Polyxena, et Euripid. in Oreſte. Eiuſmodi miſſam Herculi canunt poetæ. Ἄπειρος ἦν, Non noueram, Plutarch.
Ἀπείρρητος. ineffabilis. ἄρρητος.
Ἀπείρων. ονος. ὁ, ἡ. magnus, infinitus, fine carens. Sic uocatur ἄλιθος δακτύλιος, id eſt annulus gemma non inſignitus cõcinnatusq́: quaſi dicas omni carens fine, quòd ſit rotundationis abſolutæ, nec appareat unde initium ſumas. Meminit Ariſtot. lib. 3. Auſcult. καὶ γὰρ (inquit) τοὺς δακτυλίους ἀπείρους φασὶ, τοὺς μὴ ἔχοντας σφενδόνην. id eſt, Annulos uocãt ap῾ros quibus funda non eſt. De infiniti ratione loqtur eo in loco. Homerus itẽ terram uocat ἀπείρονα, id eſt σφαιροειδῆ orbicularem, ut interpretatur Euſtath: & Io. Grammaticus. Nam nec ſphæra, nec circulos finem habent aut initium. & philoſophi ferè omneis elementa ſtatuunt rotunda ſpecie.

cie. Vide Plutarch. lib. 2. de philoſo. placit.

Ἀπαραγγελίας φεύγων. læſæ maieſtatis criminis reus.

Ἀπαςίω. uide ἀπαιτῶ.

Ἄπατον. τὸ. pertinacia.

Ἀπεκατεςάθην. reſtitutus ſum.

Ἀπεκβάλλω. μ. λῶ. ſoluo.

Ἀπέκγονος. ου. ὁ. abnepos.

Ἀπεκδέχομαι. μ. ξομαι. expecto.

Ἀπ' ἐκείνου. iam tum, ex illo tempore.

Ἀπελέγομαι. reprobo.

Ἀπεκτείνομαι. extendor, diffundor.

Ἀπέκτανον. occidebant. (κτενίζω.

Ἀπέκτενος. impexus. πέκω ſ. τὸ πλέκω, καὶ

Ἀπελλάζω. concionor. Laconicum eſt.

Ἀπελαύνω. μ. άσω. π. κα. expello, abigo. Item redeo, retrò unde ueni refero pedem. Lucia. in Pſeud. καταβάντες δ' ὑμᾶς ἐν αἰγιαλοῖς, ὀπίσω ἀπήλαυνον. id eſt, retrò curſum legit.

Ἀπελαφρύνω. ſublego.

Ἀπελάω. τὸ ἀπελαύνω.

Ἀπέλεγμα. ατος. τὸ. redargutio.

Ἀπελεγμός. οῦ. ὁ. reprobatio.

Ἀπελέγχω. μ. ξω. π. χα. redarguo, confuto.

Ἀπέλεθρον. procul.

Ἀπέλεθρος. ου. ὁ, ἡ. immenſus, fortis, cui nō propinquus fieri poſſis. ἀπέλεθρον, ἢ πλέθρον, μέτρον γῆς ποδῶν ἑκατὸν ἄκοσι. ἢ τὸ πολυπέλεθρον κατὰ ἐπίτασιν.

Ἀπελέκητος. ὁ. indolatus, rudis, illaboratus.

Ἀπελευθερία. ας. ἡ. manumiſſio, aſſertio in libertatem.

Ἀπελευθερικός. οῦ. ὁ, ἡ. libertinus.

Ἀπελεύθερος. ου. ὁ, ἡ. ὁ ἐκ δούλου ἐλευθερωμένος, libertus, libertinus. Diſtinguunt ab ἐξελεύθερος, utrum indiſcriminatim iā uſurpant, ut annotat Ammō.

Ἀπελευθερούμενος. ου. ὁ. manumittens.

Ἀπελευθερόω. μ. ώσω. π. ωκα. manumitto.

Ἀπελευθέρωσις. εως. ἡ. ἀπελευθερία, uindicta, Plutarch.

Ἀπελήλακα. abegi. ab ἀπελάω.

Ἀπείλω. excludo.

Ἄπελος. hulcus, uulnus.

Ἀπελπίζω. μ. ίσω. π. κα. deſpero. Ἀπελπίζειν τὸν νοσοῦντα, Nullam de ægroto ſpem habere reliquam. Sic etiam Lucan. lib. 5. Deſperate uiam, dixit. Significat etiam ex re quapiam ſperare. Gaza ex Cic. ἂν τὴν ἐς τοῦτον τὸν χῶρον ἐπάνοδον ἀπελπίσῃς, Si reditum in hunc locum ſperaueris.

Ἀπεμέω. μ. έσω. π. εκα. reuomo.

Ἀπεμπολάω. μ. ήσω. π. ηκα. καὶ

Ἀπεμπολέω. uendo, uenum do, addico, commuto. Effertur modo cum augmento, modo ſine augmēto. Bud. Cō.

Ἀπεμφαῖνον. τὸ. obſcurum.

Ἀπεμφαίνω. diſſentaneus aut diſſimilis ſum, nullo modo refero. Bud. Com.

Ἀπέναντι. ante, in conſpectu.

Ἀπεναντία. ex contrario. aduerb.

Ἀπενάσσατο. commigrauit, Iliad. β'. ἀπονάσσειν.

Ἀπενέγκομαι. educor, efferor.

Ἀπενενοημένος, flagitioſus, nequam, uecors, amens, profligatus deploratusq́. Demoſth. πῶς ἄνθρωποι ἐκείνοις, ἢ μᾶλλον ἀπενενοημένοι τούτων γένοιντο. id eſt, Quo pacto homines peiores, aut profligati magis his eſſent?

Ἀπενενοημένως ἔχειν. deſpōdere animū.

Ἀπενθής. έος. ὁ, ἡ. illugubris, ἀδάκρυτος.

Ἀπενιαυτίσαι. à patria exulare, uel annum ab aliqua re ceſſare.

Ἀπενιαυτισμός. οῦ. ὁ. exilium unius anni, abſentia in annum, exilium annuū ob cædem non uoluntariam. Abannatio dici poteſt. Bud. Pand.

Ἀπεξαμαρτάνειν. peccare.

Ἀπεξένυντο. emergebant.

Ἀπεξιῶσαι. uindicare.

Ἀπεοικώς. non idoneus.

Ἄπεπτος. ου. ὁ, ἡ. indigeſtus.

Ἅπερ. τὰ, quæ. Item pro quemadmodũ Atticè, per ἔκλειψιν τ̃ καθὰ. Ariſtoph. Ran. ἀποσεμνυνεῖται πρῶτον, ἅπερ ἑκάστοτε ἐν ταῖς τραγῳδίαισιν ἐτερατεύετο.

Ἀπεράντα. ciuitas Theſſaliæ. unde

Ἀπεραντοί. gentile nomen.

Ἀπεραντολογία. ας. ἡ. infinitus ſermo, multiloquium, uerboſitas.

Ἀπεραντολόγος. ου. ὁ. multiloquus.

Ἀπέραντος. ου. ὁ. uel ἀπέρατος. infinitus, interminatus, non habens exitum.

Ἀπέψασις. ιος. cruditas, imperfectio.

Ἀπέρατος. ου. ὁ, ἡ. infinitus, innauigabilis.

Ἀπεργάζομαι. μ. σομαι. efficio, propago.

Ἀπεργάθω. detego.

Ἀπεργασία. ἡ. peractio, effigies.

Ἀπεργαστέον. peragendum eſt.

Ἀπεργαστέος. ου. ὁ. peragendus.

Ἀπερείδω καὶ ἀπερείδομαι. incumbo, inclinor, affirmo, firmiter adigo, effundo, exhaurio, & infligo, incutio, fulcio, applico.

Ἀπερῶ infatigabiliter.

Ἀπερέσιος. ου. ὁ. infinitus, multus.

Ἀπέρεισις. ἡ. diuaricatio.

Ἀπερέω. contradico.

Ἀπερύκω. depello.

Ἀπερημόομαι. μ. ώσομαι. deſolor.

Ἀπερίγραπτος. non incircumſcriptus.

Ἀπερείδω. figo.

Ἀπεριλάλητος. ου. ὁ. quem non facile uerbis compeſcas, qui blaterandi finem non facit.

Ἀπερίληπτος πρεσβεία libera legatio, quæ priuatæ rei cauſa mandatur, quæ nullo uel tempore, uel loco circunſcripta eſt, nullis rationibus reddendis obnoxia. Bud. in Annot.

Ἀπεριμερίμνως. inconſideratè.

Ἀπερίοπτος πάντων. qui negligit, non curat quippiam.

Ἀπερίσκεπτος. ου. ὁ, ἡ. temerarius, inconſultus.

Ἀπερισκέπτως. incircunſpectè, ſine conuento & certo conſtituo.

Ἀπερίσπαστος. ου. ὁ, ἡ. immobilis.

Ἀπερισπάστως. ſine ulla diſtractione.

Ἀπερίστασις. ιος. ἡ. εὐπραξία, rerum fœlicitas. uide περίστασις.

Ἀπερίστατος. ου. ὁ, ἡ. deſtitutus. Ἀπερίστατον ῥᾳστώνην Polybius de Athenienſium ciuitate loquens, uocat ſtatũ rebus ſecundis florentem, in quem nulla clades, aut alia rerum difficultas incurrit, etiamſi ῥᾳστώνη per ſe ſignificat ſecundarum rerum proceſſum, & fortunæ indulgentiam nullis caſibus aut cladibus interruptam, hoc eſt, τ̃ βίου εὐπραξίαν. Bud. Com.

Ἀπερίτμητος. ου. ὁ, ἡ. incircumciſus, inſciſſilis.

Ἀπέριττον. impar, incompoſitum. ἀπέριττος γλῶσσα, minime fucata lingua.

Ἀπεροῦσιν. laſſantur.

Ἄπερρε. ualeas, abeas.

Ἀπερρωγότος. interruptus.

Ἀπερυθριάω. μ. άσω. π. κα. rubeo.

Ἀπερύκω. prohibeo. κωλύω.

Ἀπερυσιβοῦν. æruginem procreare.

Ἀπέρχομαι. recedo, abeo, proficiſcor, ut ἀπελθεῖν τὴν ὁδὸν, & τ̃ ὁδῷ, ſicut Vergil. Longam incomitata uideatur Ire uiam. Vnde tranſlate ponitur pro migrare ex hac uita, ſiue mori. Chryſoſt. ἴσως μετὰ μικρὸν ἀπελεύσομαι χρόνον. Et Matthei, ἀπῆλθεν ἡ ἀκοὴ, dimanauit fama.

Ἀπερωεύς. ῆος. ὁ. corruptor. Home. ἐμῶν μενέων ἀπερωεύς.

Ἀπερωέω. diſcedo. παρὰ τ̃ ἐρωῶ.

Ἀπέρωτος. durus, immitis.

Ἀπεσείσατο. excuſſit, ſuſtulit.

Ἀπεσθίω. peredo.

Ἀπέσκλη. ἀπέλαμψ.

Ἀπεσκληκέναι. induruiſſe, attritũ fuiſ-

ſe, exhauſtum fuiſſe, quemadmodũ qui curis pereunt uel fame.

Ἀπεσκληκὼς. κότος. ὁ. tabidus, aridus, emaciatus.

Ἀπεσκολυμμένος. denudatus, excoriatus.

Ἀπέσσυτο. ſeceſſit.

Ἀπεστὼ. όος. ἡ. abſentia, peregrinatio.

Ἀπεσχοινισμένος. ου. ὁ. ſeiunctus ab omnibus loris.

Ἀπετμήθη. amputatus eſt, ab ἀποτέμνω.

Ἀπευθὴς. έος. ὁ, ἡ. inſcitus, inſcius, inauditus, ignarus. ὁ μὴ ἀκούσας, ἢ ὁ μὴ ἀκουσθεὶς, ἄπειρος.

Ἀπευθύνω. μ. υνῶ. do iudicium cum pœna, adæquo, rego, dirigo.

Ἀπευθυσμένον ἔντερον. inteſtinum rectum.

Ἀπευκταῖος. ου. ὁ. deteſtandus, deprecandus.

Ἀπευκτικοὶ ὕμνοι. dicebantur qui precationem reijciebant: qui uerò uotum & preces habebant, εὐκτικοὶ appellabantur.

Ἀπευκτός. οῦ. ὁ. contemnendus, odibilis.

Ἀπευκτῶς. deuotè.

Ἄπευστος. inauditus, ἀνήκοος.

Ἀπευτελεῖσθαι. primitias ſoluere, ἀπάρξασθαι.

Ἀπεύχομαι. μ. ξομαι. contemno, execror. Item deprecari, id eſt ueniam poſcere & pœnæ remiſſionem, ut apud Vergil. lib. 12. Equidem merui, nec deprecor, inquit. Dicitur etiam παραιτεῖσθαι, εὔχεσθαι μὴ γενέσθαι. Depon.

Ἀπευωνίζειν. uilem reddere.

Ἀπεφαίνομαι. exiccor, tabeſio.

Ἀπέφατο. ἀπέθανεν, ἀπεφλύαξε, ἀπέκτανε.

Ἀπεφλύατο. exiſtimauit.

Ἀπεφθαρμένος. moriens.

Ἄπεφθος. ου. ὁ. excoctus, purus, illaboratus, ut ἄπεφθον χρυσὸν, Lucia.

Ἀπεχαράκου. uallum circumduxit.

Ἀπέχει. ſufficit, abeſt, ἀφίσταται.

Ἀπεχθάνομαι. μ. ήσομαι. π. ἀπήχθημαι. ἀόρ. μέσ. β. ἀπηχθόμην. καὶ

Ἀπεχθέομαι. οῦμαι. ſum odio.

Ἀπεχθάνω. odi, ἀπεχθαίρω.

Ἀπέχθεια. ας. ἡ. inimicitia, odium.

Ἀπεχθὴς. έος. ὁ, ἡ. inimicus, odio habens, moleſtus.

Ἀπεχθῶς. odioſe.

Ἀπέχομαι. μ. ἀφέξομαι. abſtineo. Genit. uel accuſ. ut ἀπέχομαι τούτου & τοῦτον. Sic Horatius lib. 3. Mox ubi luſit ſatis abſtineto, Dixit, irarum calidæq; rixæ. Et Terent. in Adelphis cum accuſatiuo, Non manum abſtines maſtigia?

Ἀπεῖχεν. ſufficiebat.

Ἀπέχρησε. ſatis fuit.

Ἀπέχω. μ. ἀφέξω. diſto, fugio. Ἀπέχω πολλῶν ἡμερῶν, Abſum multorũ dierũ uiam, elocutio talis, qualis, aberat bidui. Aliquando eſt aliunde accipio, recipio ex aliquo, ueluti cenſum aut reditum ex aruis. Id ſentiens Theophila. ſubmonet recipi quod quaſi debitum datur. Matth. 6. ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἀπέχουσι τὸν μισθὸν αὐτῶν, Mercedem ſuam receperunt, tulerunt, habent.

Ἀπεψυγμένον. τό. extinctum.

Ἀπεψηφισμένος. communi decreto damnatus, ærarius, qui iam non eſt in albo conturiæ ſuæ.

Ἀπεψία. ας. ἡ. cruditas.

Ἀπεώσαντο, Attice. expulerunt.

Ἀπηβηκὼς. pubertatem egreſſus.

Ἀπηγέομαι. narro, ἀφηγέομαι. Ionice.

Ἀπήγημα. ατος. τό. narratio.

Ἀπηγόρευμα. negatio, defenſio.

Ἀπηγορευμένος. nefaſtus, reiectus.

Ἀπηγριῶσθαι. exaſperari, agreſtem eſſe.

Ἀπήδαλον πλοῖον. temone priuatum nauigium.

Ἀπηθεῖν. excolare.
Ἀπήκοος. inobediens.
Ἀπηκριβωμένον. diligentia, ad amuſſim factum, & perfectiſsime ſummaq; diligentia.
Ἀπηκριβωμένως. bona fide, citra ullum figmentum. Bud. in Annot.
Ἄπηκτος. ου. ὁ, ἡ. incongelabilis, nõ cõcreſcens, inconcretus, nõ aptus durari.
Ἀπήκω. ὡς ὀξὺ συνάγω.
Ἀπηλλάχθαι. abeſſe.
Ἀπηλγηκώς. ἀναίσθητος, ἀποκαμών, qui dedoluit, ſiue (ut Comicus loquitur) perdoluit, quiq; eò duritiæ peruenit, ut ad omnem duritiæ ſenſum obſurduerit, ſicut deferbuiſſe dicitur Latinis. Eſt autem participium perfecti ἀπὸ τοῦ ἀπαλγεῖν, quod dicitur, cũ quis uacat dolore & ſenſu ſui mali. Eraſ. in epiſt. ad Epheſ. ca. 3.
Ἀπηλεγέως. intrepidè, apertè, audacter, ingenuè.
Ἀπηλεγής. έος. ὁ, ἡ. apertus, ſine malicia, durus, ſæuus.
Ἀπηλιαστής. οῦ. ὁ. ab ἡλιαίᾳ. alienus, hoc eſt à foro & cauſis iudiciarijs, μισόδικος.
Ἀπηλιώτης. ου. ὁ. uentus qui ab oriente uerno, id eſt æquinoctiali uenit, ſubſolanus. Gel. lib 2. cap. 22.
Ἀπήμαντος. ου. ὁ, ἡ. illæſus.
Ἀπήμβροτον. aberraui, ἀπέτυχον, ἥμαρτον.
Ἀπήμων. ονος. illæſus, inoffenſus.
Ἀπηναῖος. crudelis, inhumanus.
Ἀπηνέμιος. ου. ὁ, ἡ. carens uento.
Ἀπηνήθην: obſtupui.
Ἀπήνη. ης. ἡ. uehiculum, rheda, currus qui mulos iungebat.
Ἀπηνής. έος ὁ, ἡ. ſæuus, immitis, crudelis, minax, iniucundus, ὁ ἄχθος τοῦ ὑνέσθαι, ἢ ὁ μὴ ἠνέσ ἔχων, ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν ἀπηνῶν ἵππων.
Ἀπηνθράκωμαι. ardeo.

Ἀπηνεία. ας. ἡ. ſæuitia, feritas.
Ἀπήνυσα. reduxi.
Ἀπῆξεν. ἐφώρμησεν. (ρος.
Ἀπηόριος. ου. ὁ. ex alto pendẽs. aliás ἀπαιώ
Ἀπηρεία. ἡ. improbitas.
Ἀπηρεισάμην. intendebam, Lucian.
Ἄπηρος. ου. ὁ. pera carens, nõ mutilatus.
Ἀπηρτημένος. ου. ὁ. uiolentus, κρεμάμενος, ſed ἀπηρτισμένος, τέλειος.
Ἀπήῤῥαξαν. fregerunt, colliſerunt.
Ἀπηρτίως. accurratè.
Ἀπηρχαιωμένον. obſoletum.
Ἀπήτρια. ἀκέστρια, ſarcinatrix.
Ἀπηῦρα. priuauit, omiſit.
Ἀπήχθεια. odium, ἀντὶ τ ἀπέχθεια.
Ἀπήχημα. τος. τό. extremus uel ſoni uel uocis pulſus: & quò longiſsime tenor ſoni permeare poteſt, illic eſt ἀπήχημα, uelut extrema reſonantia, οἷον ἀπατηλὰ. Bud. Com.
Ἀπηχημένος ἀπόβλητος, reiectus. -
Ἀπηχής. έος. ὁ, ἡ. abſonus.
Ἀπήωρος. ου. ὁ. diſtãs, eleuatus, ἀπηόριος.
Ἀπία. ας. Peloponneſus.
Ἀπιάναν οἴκαδε. redire domum.
Ἀπίαλος. frigus.
Ἀπιέναι. prouenire.
Ἀπίημι. μι ἴσω. ω. κα. recedo.
Ἀπιθανά. dictu abſurda, non probabiliter dicta.
Ἀπιθανός. οῦ. ὁ. imperſuaſibilis, non probabilis.
Ἀπιθάνως. inſcitè.
Ἀπιθής. difficilis perſuaſu, uel aſcenſu.
Ἄπιθι. diſcede, abi, ἀπέρχου.
Ἀπικρόχολος. non biloſus.
Ἀπικλᾶν. deflere, ἀποκλαίειν.
Ἀπίμελος. ου. ὁ. macilentus.
Ἀπινής. purus, καθαρός. πῖνος enim ſordes ſignificat, & ἀποπινοῦσθαι, ἀπορρυποῦσθαι.
Ἀπινύσσω. μ ξω. π. χα. inſanio, imprudens ſum. ἀπὸ τοῦ πινυτὸς prudentia.

Ἀπίσα.

Ἀπίολα. ciuitas Italiæ, unde

Ἀπιολανός. gentile nomen.

Ἄπιος. ου. ὁ. longinquus. Item raphanus agreſtis, genus pyri, fungi ſpecies. Hermol. in Plin. uide ἀμωνίτης.

Ἄπις. ιδος. ὁ. Apis deus Aegyptiorum.

Ἀπισόω. μ. ώσω. π. κα. adæquo. Accuſatiuo iung.

Ἀπίσσωτος. ου. ὁ, ἡ. non picatus, ſicut ἀπίσσωτος.

Ἄπισα δωρεῖσθαι eſt, clauo (ut dicitur) trabali beneficia affigere.

Ἀπιστέω. μ. ήσω. π. κα. diffido, ſuſpectum habeo.

Ἀπιστεῖν διαβολαῖς, refellere crimina falſo obiecta.

Ἀπιστία. ας. ἡ. perfidia, infidelitas.

Ἄπιστος. ου. ὁ, ἡ. infidelis, perfidus, infidus, fidem & promiſſa non ſeruans, incredulus. Attici dicunt ἄπιστος τούτῳ & πρὸς τοῦτον, quemadmodum & nos perfidus & infidus iſti, & ad iſtū Priſcian. lib. 18.

Ἀπιστούμενος. qui ſuſpectus eſt, cui fides non adhibetur: ut ἀπιστούμενος ἐπίτροπος, tutor ſuſpectus. Ἀπιστούμενοι πρὸς τοὺς δεσπότας, infideles habiti domini.

Ἀπίστως fraudulenter, perfidè. Ἀπίστως διακεῖσθαι πρὸς τὰ μυθώδη, Non credere fabuloſa. Ἀπίστως πρὸς σὲ ἔχω, diffido de te.

Ἀπισωμίδιον. ἡ. reſtis.

Ἀπισχναίνεται. extenuatur.

Ἀπισχυρίζομαι. innitor, idē quod ἰσχυρίζομαι, niſi quòd maiorem conatum in aggrediendo, maioremq́ fiduciam in tuendo ſignificat. Plut. in Peric.

Ἀπίσχω. abſtineo. Ioſeph. de bell. Iud. πάντος ἔργου χεῖρας ἀπίσχουσι.

Ἀπίσωσις. εως. ἡ. adæquatio.

Ἀπίτης οἶνος. ὁ. uinum ex pyris factum.

Ἀπίττωτος. ὁ. non picatus, ut ἀπίττωτα ἴχνια, apud Strabonem.

Ἀπιχθύς. qui non ueſcitur piſcibus, qui piſcitio abſtinet.

Ἀπιών. όντος. ὁ. abiens.

Ἀπλᾶ. ſimpliciter.

Ἀπλαῖ. calciamenti genus.

Ἀπλάνητον. ſine errore.

Ἀπλάνεια. ας. ἡ. ſtabilitas.

Ἀπλανής. έος. ὁ, ἡ. non uagus, expers erroris.

Ἄπλαστος. ου. ὁ, ἡ. uerax, fuco carens.

Ἀπλατής. έος. illatus, latitudinem nō habens. Sic Euclides lineam definit μῆκος ἀπλατὲς, quod exprimere (inquit Gell.) uno Latinè uerbo non queas, niſi dicas illatabile.

Ἄπλετος. ου. ὁ, ἡ. ingens, non exatiatus, innumerus.

Ἄπλευρος. carens latere, & fulcro.

Ἀπλῆ. ſimpliciter.

Ἀπλῆ. ἡ. ſimplex, μονοειδής.

Ἀπλήγης. γος. ὁ, ἡ. inſaucius.

Ἀπλήμων. ἄπληστος.

Ἀπλήξ. non percuſſus.

Ἀπλήρωτος. ου. ὁ. inſatiabilis.

Ἀπληστία. ας. ἡ. inſatiabilitas.

Ἄπληστος. ου. ὁ, ἡ. inſatiabilis, inexplebilis.

Ἀπλήτιος. ἁπλοῦς.

Ἄπλητος. ου. ὁ. inacceſſibilis, ſeparabilis. παρὰ τὸ πλῶ, πλώσω, πελάζω.

Ἀπλοΐα. ας. ἡ. nauigandi incōmoditas.

Ἀπλοΐζεσθαι. ſine cautione loqui et agere, & apertè animi ſentētiam indicare.

Ἁπλοϊκός. οῦ. ὁ. ſimplex, minimè malus, malitiæ neſcius, deceptu facilis, qui & εὐήθης dicitur. Lucia. ὡς ἀφελὴς ὁ παῖς ἐστι, καὶ ἁπλοϊκός.

Ἁπλοϊκῶς. ſimpliciter, citra dolum, non malitioſè, nec ueteratoriè, ſine fuco.

Ἁπλοΐς. ίδος. ἡ. ueſtis ſimplex.

Ἄπλοιος. καὶ

Ἄπλοος. ου. ὁ, ἡ. innauigatus, qui ne

quit nauigare.

Ἁπλόος, & ἁπλοῦς. ου. ὁ. ſimplex.

Ἁπλότης. ητος. ἡ. ſimplicitas.

Ἁπλόω. μ. ώσω. π. ωκα. pando, ἐπ' ἀθέας τὰς παλάμας ἐκτείνω. Accuſ.

Ἀπλυσίας. ὁ. aplyſias, ſpongiæ genus, illotariam uertit Theodor.

Ἀπλώτεραι. naues apud Thucyd. διὰ τὸ πληρώματος ἔνδειαν, καὶ ἄπλοοι ἐσάμψαι.

Ἁπλῶς. ſimpliciter, uulgariter, temere, imprudenter, imperitè, apertè, ingenuè. ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν, Deniq; ut ſummatim dicam, ut uno uerbo eloquar.

Ἅπλωσε. denique.

Ἄπλωτος. ου. ὁ, ἡ. innauigabilis.

Ἀπνευστί. uno ſpiritu.

Ἄπνευστος. qui natura non reſpirat.

Ἄπνοια. affectio quædã eſt quando quis ſpirare nequit, quando nulla, ut uiſus iudicat, ſpiratio fit.

Ἄπνοος. καὶ

Ἄπνους. ου. ὁ, ἡ. mortuus, ſine ſpiritu, ſine uoce.

Ἄπο. procul poëticè. aduerb.

Ἀπό. ab Genitiui ſolius eſt, neq; motũ ſolum à loco, re, perſona, circũſtantia, ſed & abſentiam ſignificat. ἀπὸ πατρίδος, à patria. Propriè cum rebus inanimatis ordinatur, ut apud Homerũ. μελλινέων ἀπὸ νηῶν; quemadmodum παρὰ cũ animatis, ut παρὰ σωκράτους. Homer. tamen παρὰ νηῶν ἀνιόντα dixit κατ' ἀναλογίαν προθέσεως. Siquidẽ παρὰ ἀντὶ τοῦ ἀπὸ τῶν νηῶν poſuit.

Ἀπὸ γενέσεως, à primordio. ἀπὸ δείπνου, à cœna. Ἀπὸ ἕθεν, à ſuperiori loco, à ſeipſo. Ἀπὸ μέρους, ex parte, id eſt aliquantulum. Ἀπὸ πέρυσι, ab anno ſuperiore. Ἀπὸ στόματος εἰπεῖν, memoriter recitare. Ἀπὸ γλώττης εἰπεῖν, pro eodem apud Thucyd. li. 7. Ἀπὸ θυμοῦ, odioſus. Iliad α. ἀλλ' ἀπὸ θυμοῦ μᾶλλον ἐμοὶ ἔσεαι. Ἀπὸ νόσφι, ſeorſum, clam. Ἀπὸ πρό, procul. Iliad. ι ἀπὸ πρὸ νηῶν. Ἀπὸ ταὐτομάτου, fortuito. Ἀπὸ τοῖιν, id eſt ἀπὸ τούτων. Ἀπὸ τότε, ex illo tempore. Ἀπὸ τούτου, deinceps, ſub hæc. Ἀπὸ τοῦ νῦν, ex hoc tempore, deinceps, de cætero, amodo. Ἀπὸ τῆς ἴσης ἐδίας, ex æquis uiribus.

Ἀποβαδίζω. μ. ίσω. π. ικα. uado.

Ἀποβάθρα. ας. ἡ. domus ſcanſoria, tabulata, pons quoq; ſeu tabulatum, per quod nauem ingredimur. Item olla atq; coquinarium inſtrumentum quod pedibus ſuſtentatur.

Ἀποβαίνω. μ. ήσομαι. π. ηκα. contingo, euenio. ut οὐκ ἀπέβη τὸ πρᾶγμα, id eſt οὐκ ἐπετεύχθη, Ea res fruſtra fuit, id eſt expectationẽ fruſtrata eſt. Item deſcẽdo, euado, exeo, diſcedo. Neut.

Ἀποβάλλομαι. καὶ

Ἀποβάλλω. repudio, deſpicor, reſpuo, floccifacio. Volunt autem eam eſſe differentiam, ut ἀποβάλλειν ſit hominis inuiti, & qui inuitus perdit ἀποβάλλων dicatur: qui autem libens, ἀποβαλλόμενος, reijciens, reſpuens. Ammon.

Ἀπόβασις. εως. ἡ. euentus. Eſt & genus equeſtris certaminis.

Ἀποβάτης. ου. ὁ. genus feſti, & certaminis equeſtris: unde ἀποβατικὸς, & uerbum ἀποβατεῦσαι, certaſſe.

Ἀποβατήριος ζεύς. deſcenſor Iupiter.

Ἀποβιάζομαι. uim aufero.

Ἀποβιβάζω. μ. σω. π. κα. deduco, mitto in terram traijciendo. Actiu. accuſ.

Ἀποβιόω. μ. ώσω. π. ωκα. morior. Neutr.

Ἀποβίωσις. εως. ἡ. interitus.

Ἀποβλεπόμενοι. θαυμάζοντες, oculos in ſe coniectos habentes.

Ἀπόβλεπτος. ἔνδοξος, glorioſus, uenerandus, θαυμαστός.

Ἀποβλέπω. μ. ψω. π. φα. reſpicio, id eſt re

tro aſpicio, ut apud Terent. in Eun. Cum huc reſpicio ad uirginem, illa ſeſe interea cõmodũ huc aduorterat in hãc noſtrã plateã. Itẽ ueneror, ſuſpicio, admiror, colo. Aliquãdo cum πὲρ præpoſitione, oculis aliquẽ deſigno. in eo ſpem meã colloco: quale illud Vergilianũ: Turnus ut infractos aduerſo Marte Latinos Defeciſſe uidet, ſua nunc promiſſa repoſci, Se ſignari oculis. Aliquando ſpectare, id eſt pertinere. Actiu. accuſ. Bud. Com.

Ἀπόβλητος, ου, ὁ, ἡ. uilis, abijciendus.

Ἀποβλίσαι. exprimere.

Ἀποβλύζω. μ. σω. π. κα. ſingultio comedendo, ut pueri faciunt.

Ἀποβολιμαῖος, ου, ὁ. abiectitius. Ariſtoph. Pace. ὡς ἀποβολιμαῖος τῶν ὅπλων ἐγένετο.

Ἀποβολή, ῆς, ἡ. depoſitio, amiſsio, abiectio, reiectio, iactura.

Ἀποβουκολέω. μ. ήσω. π. κα. paſtorẽ facio, expello, maxime cum ſcabioſi boues è grege pelluntur. Item pro fallere, id eſt mitigare & lenire, ut ἀλλοτρίοις κόσμοις τὸ τῆς φύσεως ἀπρεπὲς ἀποβουκολῶν, Aſciticijs ornamẽtis naturæ dedecus fallere. Vtuntur & Latini fallere in ea ſignificatione. Horat. Iam uino quærens, iam ſomno fallere curas. Dicitur etiam βουκολῶν & διαβουκολῶν.

Ἀποβουκολίζω. decipio, ſeduco, impono.

Ἀποβράζειν. efferueſcere, id eſt deferueſcere. Bud. in Annot.

Ἀπόβρασμα, ατος, τὸ. furfur tritici.

Ἀπόβρεγμα, τὸ. madefactio, dilutum.

Ἀποβρέχω. μ. ξω. π. χα. infundo. Accu.

Ἀποβρίζειν. ἀπονυστάζειν, declinare præ pondere.

Ἀποβρόχθισον. deuora, κατάπιε.

Ἀποβώμια ἱερὰ dicuntur ſacra, quæ non in altari peraguntur, ſed in pauimento uel ſolo.

Ἀπόβωμος. ἄθεος.

Ἀπόγαια. τὰ. καὶ

Ἀπόγεια, uel ἐπίγαια. retinacula nauiũ, funes nautici quibus naues alligantur littori. Vnde τὰ ἀπόγεια λύσασθαι, apud Lucia. id eſt oram ſoluere.

Ἀπογαλακτίζω. μ. ίσω. π. ικα. ablacto. Actiu. accuſ.

Ἀπογεγεισωμένα ὦτα. Theod. ſuggrundatas imbricataſq; aureis uocat, intusq; anfractu longiore intortas.

Ἀπογαιόω. fundamenta deſtruo.

Ἀπογεμίζω. μ. ίσω. π. ικα. euacuo.

Ἀπογυιῶσαι. occidere.

Ἀπογενόμενοι. ἀποθανόντες.

Ἀπόγειοι. οἱ. uenti qui à terra cõſurgũt, nõ quidẽ ſemper aut qualibet, ſed ex uliginoſa & humefacta, quaſi terra oriũdi, ut tradit Ariſto. li. περὶ κόσμου. Hos matutino imprimis tẽpore ſpirare, uapore refrigerato Theoph. pdit.

Ἀπογεύομαι. μ. σομαι. γευμαι. deguſto. Genit.

Ἀπογίνομαι. corrũpor, priuor, morior, cuius tẽpora require in γίνομαι.

Ἀπογινόμενοι. οἱ. abſentes.

Ἀπογινώσκω. abnuo, nõ recipio, nõ agnoſco, reprobo, ualere iubeo, ſtatuo hoc nõ eſſe faciẽdũ. Cui ſignificationi nõ abſimilis eſt, ἀπογινώσκω σου τὴν κατηγορίαν, hoc eſt, γινώσκω σε οὐκ ὄντα ἔνοχον τῇ κατηγορίᾳ. Item ſentio & ſtatuo iudicoq́, deſpero, ἀπελπίζω. Significat quoq; idem quod τὸ ἀποψηφίζομαι, hoc eſt ſuffragio abſoluo. Ἀπογινώσκειν τινὰ τοῦ ἐγκλήματος, Abſoluere aliquẽ à crimine intentato, ut inſontem. Ἀπεγνωκότως ἔχειν, deſpõdere animum, languere animo, penè deſperatã ſpem uitæ habere. Et qui ita affecti ſũt, ἀπεγνωσμένοι dicũtur. Iung. cum genit. & acc. Bud. Com.

Ἀπογλυκαίνομαι. dulceſco.

Ἀπογλαύκωσις.ιος.ἡ. uitium oculorum, glaucedo.

Ἀπογλουτοί.οἱ. qui exilibus ſũt natibus, q nates habent attenuatas, depyges.

Ἀπογλυκαύθη. dulcis euaſit.

Ἀπόγνοια.ας.ἡ. deſperatio.

Ἀπογνούς. deſperatus, reprobatus calculo, liberatus in iudicio.

Ἀπογνώμων.ονος.ὁ. annoſus, de animalibus, quæ iã dẽtes ꝑducere deſierunt.

Ἀπόγνωσις.ιος.ἡ. ἀπόγνοια, deſperatio.

Ἀπογονή.ῆς.ἡ. propago.

Ἀπόγονος.ου.ὁ. oriũdus, filius, poſterior, pronepos, nepos.

Ἀπογόρευμα. interdictum magiſtratus, quod etiã ἀπόῤῥημα uocatur. Xeno.

Ἀπογράφεσθαι. nomen dare & profiteri. Item in actis profiteri & prouulgare, quod inſinuare dicunt, Ariſto. Oeco. Item in rationes & calendarium referre, Demoſtheni πρὸς τιμ. Item ſcripto denunciare, & quaſi proſcriptione, id eſt programmate promulgare, Iſocr. Dicitur quoq; de petitoribus, & candidatis. Plut. ἐπὶ στρατηγίαν πολιτικὴν ἀπεγράψατο, Præturã urbanã petere cœpit. Bud. Cõ.

Ἀπογραφή.ῆς.ἡ. deſcriptio, id eſt partitio in ordines, aut familias, aut ciuitates, aut tribus, aut centurias: annotatio bonorum, aut profeſſio & deſcriptio. Profeſſio quidem reſpectu eorum qui cenſebantur, deſcriptio uerò eorum qui cenſebant. Fiebat huiuſmodi ἀπογραφὴ, ut ſciretur quãtum quiſq; haberet in facultatibus. Nam ita inquit Pædianus: More ueterum cenſi dicebantur, qui centum milia in profeſſionẽ detuliſſent, huiuſmodi adeò facultates cenſus dicebantur. Sic Lucas cap. 2. αὕτη ἡ ἀπογραφὴ πρώτη ἐγένετο ἡγεμονεύοντος τῆς συρίας κυρηνίου. Significat etiam addictorum tabulas, & proſcriptionem. Item quemcunq; commentarium & indicem rerum enumeratarum & recenſarum: Inuentarium & repertorium uulgo dicunt. Bud. Com.

Ἀπόγραφον.ου. exemplum & deſcriptio libri, imago tabulæ. Latinè deſcriptũ & exſcriptum dicitur. Vnde Cic. libros ſuos philoſophicos ἀπόγραφα uocat, quaſi ſcriptorum Græcorũ imagines & exempla. Bud. Com.

Ἀπογράφω.μ.ψω.π.αφα. tranſcribo, id eſt ab exemplari deſcribo, exemplũ ſcribo. Sic Cic. ad Att. Librum ad te mittam, ſi deſcripſerunt librarij. Item in tabulas refero, perſcribo, ex penſum fero, uel acceptum refero. Item defero. Vnde ἀπογραφὰς ἀπογράφειν dicuntur homines, qui delationes faciunt. Bud. Com.

Ἀπόγυιοι εὐχαί. tacita uota. (bilito.

Ἀπογυιόω.μ.ώσω.π.ωκα. demembro, de

Ἀπογυμνῶ. denudo, facio manifeſtum.

Ἄποδα.τὰ. nullis pedibus innitentia.

Ἀποδαιμονίζειν. furere.

Ἀποδακρύω. illacrymo.

Ἀποδαρθεῖν. ἀποκοιμηθῆναι, dormire.

Ἀποδασμὸς.οῦ.ὁ. pars.

Ἀποδεῖ. deficit, λείπει.

Ἀποδεδειλιακότες.οἱ. interriti.

Ἀποδεδεγμένος.ου.ὁ. deſignatus, taxatus.

Ἀποδέδοται. licet.

Ἀποδείκνυμαι. oſtendo, clarè dico.

Ἀποδείκνυω.μ.ξω.π.χα. demõſtro ratione & argumentis. Item declaro, creo & deſigno magiſtratũ. Item deſigno & conſtituo, hoc eſt ſtatum et fixũ facio, edo. Actiu. accuſ. Bud. Com.

Ἀποδειλιάζω.καὶ

Ἀποδειλιάω. ignauus ſum, formido.

Ἀποδειλιῶντες.οἱ. ignaui.

Ἀποδεῖν.τὸ.ἀπολείπεσθαι. deficere, derelinqui, inferiorem eſſe.

Ἀποδείκνυμι.

Ἀποδάνυμι. attribuo, dedico.

Ἀπόδειξις. ιος. ἡ. euidens probatio, cum ea quæ dubia aut obſcura ſunt, per ea quæ ambigua non ſunt, illuſtramus: experimentum, demonſtratio, quæ neceſſariò concludit. Ἀπόδειξις δὲ, cõpendioſa locutione ſine uerbi ſubſtantiui, aut alterius adiectione, pro huius rei, quam dico, demonſtratio eſt, ubi ἐςὶν, uel ἂν ἦν, ſubaudimus. Bud. Com.

Ἀπόδειπνος. incœnatus.

Ἀποδείπομαι τῆς παιδείας. doctrinam nequeo aſſequi.

Ἀποδειροτομέω. μ. ήσω. π. ηκα. trunco caput.

Ἀποδεκατόω. μ. ώσω. π. ωκα. decimo. Neut.

Ἀποδέκται. οἱ. καὶ ἀποδεκατῆρες. magiſtratus erant apud Athenienſes, coactores tributorum & uectigalium, hoc eſt qui publicam pecuniam recipiebãt, & in Reipub. uſus diſtribuebãt. Cæl. lib. 7. cap. 52. & Bud. in Annot. poſt. & Com.

Ἀποδεκτέος. ου. ὁ. probandus.

Ἀπόδεκτος. ου. ὁ. ſuſceptus, laudatus. Bud. Com.

Ἀποδενδροῦσθαι. arboreſcere, Theophraſt.

Ἀποδερματούμενοι. οἱ. excoriati.

Ἀποδέρω. μ. δερῶ. π. κα. excorio. Accuſ.

Ἄποδες. apodes, genus hirundinũ, quæ ſic appellãtur, quòd pedibus careãt.

Ἀπόδεσις. ιος. ἡ. deligatio, ſolutio.

Ἀπόδεσμος. ornatus capitis mulierum.

Ἀποδέχομαι. μ. ξομαι. π. γμαι. recipio, charum habeo, probo, commendo. Depon. accuſ. iung. Bud.

Ἀποδέω. abſum, numerum non impleo, inferior ſum. Herodia. γνώμη καὶ ῥώμη μηδεμίας τῶν ἀρχαίων ἀποδέουσης, Diſciplina & uirtute nullo antiquorum inferiore.

Ἀποδημέω. μ. ήσω. π. ηκα. peregrinor. Neutrum.

Ἀποδημητὴς. οῦ. ὁ. peregre degens.

Ἀποδημητικοί. οἱ. ſedes immutare ſoliti, ut grues & hirundines.

Ἀποδημία. ας. ἡ. peregrinatio.

Ἀποδημῶν. ῶντος. ὁ. abſens.

Ἀποδία. ας. ἡ. carentia pedum.

Ἀποδιαιτῶ. abſoluo. Genit. & accuſ. ut ἀποδιαιτῶ σε τὴν δίκην, Abſoluo te hac petitione.

Ἀποδιαπομπεῖσθαι. dimitti datis comitibus.

Ἀποδιαπομπητέον. reijciendum.

Ἀποδιατρίβω. immoror, conſumo tempus.

Ἀποδίδομαι. μ. δόσομαι. π. δομαι. uendo. Depon. accuſ. Herod. lib. 2. οἱ τὴν ἀρχὴν αὐτῷ χρημάτων ἀπέδοντο, Qui pecunijs illi imperium uendiderunt.

Ἀποδιδόμενοι ἀντὶ τοῦ ἀποδιδόντες.

Ἀποδιδράσκω. μ. δράσω. π. ακα. refugio, aufugio.

Ἀποδιώκομαι. inſequor, ἀποδιώξω.

Ἀποδιδόω. μ. δώσω. π. ωκα. καὶ ἀποδίδωμι. reddo, id eſt exprimo, refero. Item uendo. Item attribuo, aſsigno, & tribuo, hoc eſt ἀπονέμω. Item enarro, & de re propoſita diſſero. Item edo, promo. Ariſtot. καὶ τὸ ἔργον αὐτοῦ ἀποδιδῶσιν, Edunt facinus. Item debitũ ſoluo, perſoluo. Ariſtop. Ra. ἀπόδος τὸν ναῦλον. Actiu. accuſ.

Ἀποδιΐσταμαι. ſeparor, χωρίζομαι.

Ἀποδικεῖν. cauſam defendere.

Ἀποδιοπομπέομαι. auerto, reijcio, depello prodigium, deprecor, ablego, procul amoueo, expurgo, expio. Athen. lib. 9. ὁ δὲ σφόδρα φροντίσας, καὶ τὸ πρόβλημα ὃν ἀποδιοπομπησάμενος, At ille cum multum meditatus quæſtionem reieciſſet, uel per diſsimulationẽ tranſmiſiſſet. Bud. Com.

Ἀποδιορίζω. ſegrego.
Ἀποδιώκω. figo.
Ἀποδοκεῖν. uideri aliquid non faciendum. Xenoph. ὡς δὲ καὶ ἐν τῷ κοινῷ ἀπέδοξε μηκέτι χρῆσθαι τοῖς ἱεροῖς χρήμασι.
Ἀποδοκιμάζω, uel ἀποδοκιμάω μ. άσω. π. ακα. reprobo, non probo, eijcio, & moueo uel ſenatu uel ordine, et ignominia afficio. Hinc ἀποδεδοκιμασμένοι, ſunt ita moti & præteriti, qui ad uerbum ipſi ἀμνημόνευτοι dicuntur, ut præteriti ſenatores à cenſoribus. Actiu. accuſ.
Ἀποδόντωσις. ιος. ἡ. dentium excuſsio.
Ἀπόδοξις ſiue ἀποπλάνησις. reiectio, uel reprobatio rerum quarundam, quaſi in quæſtionem uenire nõ dignatarũ.
Ἄποδος. diſceſſus, Herodot.
Ἀπόδοσις. ιος. ἡ. redditio.
Ἀποδοχή. laus & commendatio.
Ἀποδοχμός. ωὐτος. ὁ. extendens.
Ἀπόδραγμα. portio, ἀπομεμεριαμένον.
Ἀποδοχμώδης. πλαγιάδης.
Ἀποδρασείω. fugerem, irem in exilium.
Ἀπόδρασις. ιος. ἡ. fuga, transfugium.
Ἀποδράω. ῶ. ἀόρ. ά. ἀπέδρα. aufugio.
Ἀποδρέπω. μ. ἐψω. π. εφα. colligere, aufero. Accuſ.
Ἀπόδρομος. qui deſijt curſu cõtendere.
Ἀποδρύπτομαι. μ. ψομαι. π. υμμαι. lacero. Depon. accuſ.
Ἀποδρύφω. ἐκδέρω, excorio.
Ἀποδύομαι. exuo, ut ἀποδύεσθαι τὸ γῆρας, exuere ſenectutem. Item excutio, non ſuſcipio. Sicut Latine quoq; dicimus, exuere obſequium, exuere iugum, exuere reuerentiam. Item ſuſcipio et aggredior, inſtituoq; agere. Chryſoſt. περὶ ἱερώς. ἡ δὲ παρθένος ἐπὶ μείζοσιν ἀπεδύσατο, Ad maiora accincta eſt certamina, maiora meditata eſt. Bud. Com.
Ἀποδύρομαι μ. ῦμαι. deploro, cõqueror. Depon. accuſ.
Ἀποδυσπετέω. μ. ήσω. π. ηκα. nolo loqui, cuncta faſtidio ſicut ægrotus. Vſurpatur à Chryſoſt. in epiſt. ad Epheſ. cap. 3. Accuſ.
Ἀποδυσπομποῦμαι. expior, purgor aliquo ſcelere.
Ἀποδυτήριον. ου. τὸ. locus ante balnea, ubi ſe loturi exuũt, hoc eſt ueſtimenta deponunt, quaſi dicas exutorium, ab ἀποδύειν. Sunt item ἀποδυτήρια in gymnaſijs & fanis ſacroſanctis. Latinè ſpoliaria dicuntur.
Ἀποδύω. μ. ύσω. π. υκα. exuo, γυμνόω. Actiu. accuſ.
Ἀποείπω. ἀόρ. β. ἀποεῖπον. abnuo, renuo. Item palam dico apud Homer. Interdum præpoſitione abundãte, ſimpliciter dico.
Ἀποέργαθεν. ſeparauit.
Ἀποέρσεν. perdidit, corrupit. παρὰ τοῦ ἐρρῶ, τὸ φθείρω.
Ἀπόζεμα. ατος. τὸ. decoctum.
Ἀποζεύγνυμι. μ. ξω. π. ζευχα. καὶ
Ἀποζευγνύω. diſiungo. Actiu. accuſ.
Ἀποζῶ. ἁπλῶς ζῶ, parce ac tenuiter uiuere, modicè ac ſumma parſimonia uiuere. Thucyd. νεμόμενοι τὰ αὐτῶν ἕκαστοι, ὅσον ἀποζῆν, id eſt ἰσχνωμένως ζῆν. Homer. ὅσον ἀποζῆν, quantũ uictui ſuppeteret. Dicitur & hoc διαζῆν apud Plato. His opponitur ἐπιζῆν & καταζῆν, τὸ ἐπὶ ἐκτεταμένως ζῆν. Latini tolerare hoc aliquando dicunt. Cæſar lib. 3. belli ciuilis, Libenter etiam ex profugis agnoſcebamus equos eorum tolerari. id eſt, quoquomodo ſuſtentari. Bud. in Annot.
Ἀπόζω. redoleo. Genit. ἀπόζει βοτρύων.
Ἀποθανατίζω. μ. ίσω. π. ικα. facio immortalem, à morte uẽdico. Actiu. accuſ.
Ἀποθαυμάζω. demiror.
Ἀποθεάομαι. deſpicio.

Ἀποθεμελιόω. μ. ώσω. π. ωκα. fundamenta deſtruo. Neut. accuſ.
Ἄποθεν. delonge, foras, extra, procul.
Ἀπόθεος. impius, ἄθεος.
Ἀποθεόω. μ. ώσω. π. ωκα. iter deos refero.
Ἀποθεραπεύω. curo, colo.
Ἀποθερίζω. ſpicas decutio.
Ἀπόθεσις. refuſio, apud Celſum, ut ἀπόθεσις τῶν ἐντέρων, inteſtinorum refuſio. Bud. Com.
Ἀποθεσπίζω. μ. ίσω. π. ικα. uaticinor. Neutrum. accuſ.
Ἀπόθεστος. non deſyderatus, neglectus. Ab α & ποθεῖν ποθέσω. & in tertia perſona præteriti paſsiui, πεπόθεσται, unde ἀπόθεστος. Heſychius ἐπιζήτητος exponit, hoc eſt ualde deſyderatus, & tunc α intenſiua particula eſt.
Ἀπόθετος. ου. ὁ, ἡ. uel ἀπόθετος, Suid. repoſitus, abiectus, recõditus, iacens. Ἀπόθετος νόμος, lex quædam muſicæ eſt. Plutarch. in Muſ.
Ἀποθεωρέω. longè proſpecto.
Ἀποθέωσις. εως. ἡ. adſcriptio in catalogum diuorũ, relatio inter deos, quæ quibus ceremonijs apud Ro. fieri con ſueuit, eleganter ſcribit Herodian. lib. 4.
Ἀποθήκη. ης. ἡ. horreum, repoſitorium, reconditorium, cella uinaria, Plinio frequens.
Ἀποθηλύνω. μ. υνῶ. effœmino. Accuſ.
Ἀποθησαυρίζω. repono, recondo, in theſaurum repono.
Ἀπόθητος. ου. ὁ. non concupitus.
Ἀποθλίβω. affligo, reprimo.
Ἀπόθλιμμα. ατος. τό. expreſsio, id quod exprimitur ex herbis, aut ſimilibus rebus.
Ἀποθνήσκω. morior, emorior. Ἀποθανὼν ὑπὸ παιδὸς, interemptus à filio, uel opera filij neci datus. Ammon. ἀπέθανε διſtinguit à τέθνηκε.

Ἀποθορέω. diſilio, diſcurro.
Ἀποθρασύνεσθαι. audere.
Ἀπόθραυσις. εως. ἡ. refractio.
Ἀποθραύω. refringo.
Ἀπόθρεπτος. uitandus, φευκτός.
Ἀποθριάζω. μ. άσω. π. ακα. folia fici decerpo, auſero, uello. Ariſto. Acharn. τὶς τῶν ὀρομάντων τὸ πῖος ἀποτεθρίακεν.
Ἀπόθριξ. impubes.
Ἀποθρηνέω. defleo, lugeo.
Ἀποθρύπτω. μ. ψω. π. φα. frãgor delicijs.
Ἀποθρώσκω. exilio, deſilio.
Ἀποθύνω. non conſequor, fruſtror.
Ἀποθυμίζω. repudio, decipio, expungo. Lucian. ἅτ᾽ ἅμα οὕτως ὑμῖν ἀποτεθύμισαι.
Ἀποθυρόω. excludo, ἀποκλείω.
Ἀποθύω. polluceo, hoc eſt, ſacrificijs celebrandis abſumo. Xenoph. δεκάτην τῶν ἐκ τῆς λείας τῷ θεῷ ἀπέθυσαν. Bud. Com.
Ἀποΐζειν. exibilare, illudere.
Ἀποικέω. μ. ήσω. extrà & de longe habito. Neutrum.
Ἀποίκησις. εως. migratio.
Ἀποικία. ας. ἡ. colonia. Bud. in Annot.
Ἀποικίζω. μ. ίσω. π. ικα. coloniam deduco, habitationem diſiungo.
Ἀποικοδομέω. μ. ήσω. π. ηκα. deuaſto, demolior, diruo.
Ἄποικος. ου. ὁ. colonus.
Ἀποιμώζω. defleo.
Ἀποινᾶν. redimere, ἀπολυτροῦν.
Ἄποινον. ου. precium redemptionis, liberatio pœnæ. Quicquid pro libertate ac capite alterius ſoluebatur, hoc nomine appellabant. Veteres quoq; pecuniam ſic uocabant, unde uerbum ἀποινᾶσθαι, pro pecuniam exigere.
Ἄποιος. ου. ὁ. uacuus qualitate.
Ἀποίσω. auferam.
Ἀποίχομαι. tranſeo, prætereo.

Ἀποκαθαίρειν. luſtrare & expiare. Bud. Com.

Ἀποκάθαρμα. τος. τὸ. expurgamentum.

Ἀποκαθαρτικὸς. habens uim purgandi.

Ἀποκαθεύδω. ſeorſim dormio.

Ἀποκαθηλόω. μ. ώσω. π. ωκα. refigo. Acti. accuſ.

Ἀποκαθήλωσις. ιος. ἡ. refixio.

Ἀποκαθημένη. mulier menſtruata.

Ἀποκαθίστημι. μ. ήσω. π. ηκα. reſtituo, recreo, emendo. Accuſ.

Ἀποκαίνυμι. uinco, ἀπὸ τοῦ καίνω, τὸ φονεύω, ἢ παρὰ τὸ αἴνυμι τὸ λαμβάνω. αἴνυνται γὰρ καὶ λαμβάνουσιν ἄθλον οἱ νικῶντες.

Ἀποκακίζοντες. ſecuri, ocioſi, negligentes.

Ἀποκαλέω. μ. έσω. π. κέκληκα. reuoco, denomino, accuſo.

Ἀποκαλύπτω. μ. ψω. π. φα. reuelo. Accu.

Ἀποκάλυψις. ιος. ἡ. reuelatio.

Ἀποκάμνω. defatigor.

Ἀποκάμπτω. μ. ψω. π. φα. reuertor, nexo.

Ἀποκάπνισμος. ου. ὁ. inſinuatio.

Ἀποκαραδοκέω. μ. ήσω. π. ηκα. ſpeculor. expecto. Accuſ.

Ἀποκαραδοκία. ας. ἡ. ſpeculatio, expectatio uehemens & anxia, cũ ex corde quippiam expectatur.

Ἀποκαρθέρησις. ἡ. irriſio, figura Quint.

Ἀποκαρτερέω. μ. ήσω. π. ηκα. laqueo aut inedia mihi mortem conſciſco, ut ait Suid. Διακαρτεροῦντες ἑαυτοὺς dicuntur ſeſe tolerãtes, id eſt ſeſe quoquomodo ſuſtentantes, modice ac parce uiuentes, quod qui facere non ſuſtinent, ἀποκαρτερεῖν dicuntur, & inedia uitam finire.

Ἀποκαταβαίνω. μ. ήσομαι. deſcendo, contemno.

Ἀποκαταλλάσσω. μ. ξω. ad concordiam & contubernium adduco, amicos concilio & paro. Item diremptam gratiam & ſolutam ſartio, amicitiã reduco. Bud. Com.

Ἀποκατάστασις. ιος. ἡ. reſtitutio, id eſt inſtauratio rerum in priſtinum ſtatũ.

Ἀποκαυλίζω. decurto.

Ἀπόκαυλις. ιος. ἡ. & ἀποκαύλισις. extirpatio de cardine, uel caule, reuulſio, decurtatio.

Ἀποκαύω. μ. αυσω. π. κα. deuro, cõburo.

Ἀποκεκλακότες. declinantes, ἀποκλίναντες.

Ἀπόκειμαι. reſideo, accido, immineo, depoſitus ſum.

Ἀποκείμενος. repoſitus, reconditus.

Ἀποκείρω. μ. κερῶ. π. κα. detondeo. Actiu. accuſ.

Ἀποκεκτίσθαι. excoriare, euellere.

Ἀποκέλλω. nauem applico.

Ἀποκεφάλισμα. ατος. τὸ. purgatio capitis.

Ἀποκεφαλίζειν. decolare, amputare caput.

Ἀποκηδέω. μ. ήσω. π. ηκα. negligo. Acti. accuſ.

Ἀποκηκίω. inſequor, ἀποδιώκω.

Ἀποκήρυκτος. ου. ὁ. abdicatus, exhæres.

Ἀποκήρυξις. ιος. ἡ. abdicatio, exhæredi tatio.

Ἀποκηρύττω. μ. ξω. π. χα. reuelo, abdico. Actiu. accuſ. Ἀποκηρύττω τὰ πατρῷα, auctionem bonorũ facio, auctionor. Bud. Com. & in Annot.

Ἀποκιασμός. οῦ. ὁ. obumbratio.

Ἀποκιλίνδω. deuoluo.

Ἀποκινδυνεύειν. periclitari, experiri periculum, periculum ſubire.

Ἀποκινέω. remoueo.

Ἀπόκινος. ου. fuga deceſſus, genus laſciuæ ſaltationis.

Ἀποκιττόομαι. hederaſcere, in hederam tranſire.

Ἀποκλαίω. μ. αύσω. π. αυκα. deploro. Actiu. accuſ. iung.

Ἀποκλείομαι. excludor.

Ἀποκλειόμενος. ου. ὁ. obſtructus.

Ἀποκλαίοντες. φυλακίζοντες.

Ἀπόκλεισμα.

Ἀπόκλεισμα. ατος. τὸ. φυλακὴ, cuſtodia.

Ἀποκλείω. μ. είσω. excludo, claudo, obſero. Accuſ.

Ἀποκληροῦν. allegere, ſorte diſtribuere, in decurias cōtribuere, exhæredare.

Ἀπόκληρος. ſine ſorte, exhæres.

Ἀποκλήρωσις. eſt attributio munerum ſigillatim unicuiq; facta, uicesq́ fungendi officij attributæ: uacationes uulgo uocant. Bud. Com.

Ἀπόκλητος. ου. ὁ. uocatus.

Ἀποκλίνω. μ. ινῶ. π. ικα. declino. Accuſ.

Ἀπόκλισις. εως. ἡ. declinatio.

Ἀποκλύω. eluo, expurgo.

Ἀπόκλυμα. excuſatio.

Ἀποκναίω. afficio mœrore, occido, infero dolorem, turbo.

Ἀπόκναισις. εως. ἡ. λύπη, mœror.

Ἀποκνέω. μ. ήσω. π. ηκα. pigreſco.

Ἀπόκνησις. εως. ἡ. pigritia.

Ἀποκνίζω. uellico, amputo.

Ἀποκοιμάομαι. μ. ήσομαι. π. ημαι. dormio. Depon. abſol.

Ἀπόκοιτος. ου. ὁ. adulter, ſeorſum cubans. Lucian. μηδέποτε ἀπόκοιτός μοι γενόμενος, ἀφ' οὗ γυναικὶ ὁμιλεῖν ἤρξατο. Verba ſunt meretricis de ſuo amaſio.

Ἀποκοιτῶ. ſecubo, nocte abſum. Demoſth. περὶ στεφ. μήτε ἀφημερεύοντας, μήτε ἀποκοιτοῦντας.

Ἀποκολάπτω. μ. ψω. π. αφα. priuo, expello nocendo. Accuſ.

Ἀποκολυμβάω. elabor natando.

Ἀποκολούω. mutilo, κολοβόω.

Ἀποκοπή. ῆς. ἡ. amputatio. Ἀποκοπὴ τῶν χρεῶν, nouæ tabulæ, quaſi alieni æris deciſiones. Ἀποκοπὴ φωνῆς uocis eſt amiſsio, & extrema raucedo. Bud. Com.

Ἀποκοπιᾶσαι. deficere in explorandis ueſtigijs.

Ἀπόκοπος. ου. ὁ. exectus, imbecillis.

Ἀποκόπτω. μ. ψω. π. οφα. amputo, repello, abiungo, ſeparo. Item præcido cunctationem, & hæſitationem tollo. Accuſ.

Ἄποκος. intonſus.

Ἀποκοσμέω. μ. ήσω. π. ηκα. ſpolio. Accuſ.

Ἀποκορσωσάμενος. tōſus, ἀποκειράμενος. κόρσαι enim capillæ dicuntur Aeſchylo.

Ἀποκοτταβίζειν. quod à potu in poculo uini relictum eſt effundere, ut ſonitum edat.

Ἀποκραιπαλάω. expergiſcor à crapula, & deſiſto crapulari.

Ἀποκρατέω. cohibeo.

Ἀποκρεμάζω. ſuſpendo.

Ἀπόκρεως. ω. ὁ. carniſpriuium.

Ἀπόκρημνος. ου. ὁ, ἡ. præruptus.

Ἀποκριθμέω. incerno, excerno, ſicut ἀποκρίνω.

Ἀπόκριμα. reprobatio, ſententia.

Ἀποκρίνομαι. μ. οῦμαι. reſpondeo, ſeparor. Item pro decumbere, ἀπειπεῖν ἐθέλειν, καταφεύγειν, Thucid. Dicitur & de ijs, quæ à cōcretione reſoluuntur. Philo de interitu mundi, ἀποκρίθησεται δὲ τὰ πάντα εἰς μίαν οὐσίαν τὴν πυρός. Bud. Com.

Ἀποκρίνω. ῶ. reprobo, reijcio, ἀποδοκιμάζω. Item ſeparo, ſecerno, eximo, Theophraſt. Item quod confuſum eſt ſecerno & abſtraho, Platoni & Ariſtot. Item ſeligo, deligo, ἐκκρίνω, Pauſan. Item incerno, ſiue emundo, excerno, hoc eſt purgamenta corporis emitto, Galeno. Aliquando pro conſtituo. Ariſtotel. lib. 6. de hiſtor. anim. ὀλίγον δὲ ὕστερον καὶ τὸ σῶμα ἤδη ἀποκρίνεται, Paulo poſt & corpus conſtituitur. Bud. Com.

Ἀπόκρισις. εως. ἡ. deceſsio, excretio, ſeparatio, ſeceſſus, egeſtio, reſponſum.

Ἀποκριτικὴ δύναμις. uis excernendi,

excrementáq; expellendi.

Ἀπόκριτος. ſelectus, ἔκκριτος. Sic dicuntur, quæ deo dicata ſunt, ut eximia, & ἐξαίρετα.

Ἀποκρόακος. ſcalatim.

Ἀπόκροτος. ου. ὁ, ἡ. durus, aſper, rigidus.

Ἀπόκρουσις. εως. ἡ. occaſus.

Ἀποκρούομαι. refello, refuto, reiicio.

Ἀποκρούω. μ. ούσω. π. ουκα. expello. Accuſ.

Ἀποκρύπτω. μ. ύψω. π. υφα. καὶ ἀποκρύπτομαι. celo, condo, abſcondo. Accuſ. Lucian. ἐπεὶ δὲ ἀποκρύψαμεν αὐτοὺς, Vbi uerò è conſpectu eorum euaſimus, euolauimus.

Ἀπόκρυφος. ου. ὁ, ἡ. occultus, arcanus.

Ἀποκτᾶσθαι. amittere, ἀποβάλλεσθαι.

Ἀποκτέννυμι. καὶ

Ἀποκτένω. καὶ

Ἀποκτείνω. μ. κτενῶ. π. ακα. καὶ

Ἀποκτίννυμι. occido. Actiu. accuſ.

Ἀπόκτησις. εως. ἡ. colonia.

Ἀποκυήσας. κος. ἡ. abortiuum faciens, Plutarch.

Ἀποκύησις. εως. ἡ. puerperium, æditus partus.

Ἀποκυΐσκω. fœtifico. Bud. Com.

Ἀποκυλίζω. καὶ

Ἀποκυλίω. μ. ίσω. π. ικα. reuoluo. Actiu. accuſ.

Ἀπόκυνον. Romani braſsicā ruſticam aut caninam uocant.

Ἀποκυπαρῶσαι. ἀποκτεῖναι, occidere.

Ἀποκηρειάζειν. fugitiuum eſſe à domino.

Ἀποκυρόω. μ. ώσω. π. ωκα. abrogo. Actiu. accuſ.

Ἀποκωλύω. prohibeo. Actiu. accuſ.

Ἀπολαβεῖν τὰ ἐνέχυρα. recuperare pignora.

Ἀπολαγχάνοντες dicuntur, quibus ſors non obtigit, qui ſpe ſortis exciderūt, quaſiq; repulſam paſsi ſunt.

Ἀπολαγχάνω. non ſortior.

Ἀπολάκημα. ῥάπισμα, ἀπὸ τοῦ ψοφεῖν, ictus flagelli, colaphus.

Ἀπολακτίζω. μ. ίσω. π. ικα. calcitro, reſilio.

Ἀπολαμβάνω. μ. λήψομαι. π. ειφα. ἀόρ. β. ἀπέλαβον. recipio, recupero, par pari refero. Itē capio, deprehendo, intercludo, intercipio, cohibeo, cogo, cōcludo, Xenoph. & Ioſeph. ἀπολαμβάνουσι τοὺς πολεμίους ἐν κοίλῳ χωρίῳ.

Ἀπολάμπω. effulgeo. Dionyſ. πῦρ ἀπέλαμψεν ἀπὸ τῆς κεφαλῆς.

Ἀπόλαυσις. εως. ἡ. fruitio.

Ἀπόλαυσμα. τό. oblectamentum.

Ἀπολαυστὰ. τὰ. ad edendum idonea.

Ἀπολαυστικόν. οῦ. τό. quo fruimur.

Ἀπολαυστικός. οῦ. ὁ. uolupetuoſus.

Ἀπολαύω. μ. αύσω. π. αυκα. fruor, delicior, capio fructum uel cōmodum. Plutar. in Anton. Ἀπέλαυον δὲ καὶ τῆς φιλοτιμίας αὐτοῦ οἱ πολέμιοι, Fructum etiam ex eius ambitione capiebant hoſtes. Aliquando pro incommodū capio. Iſocrat. περὶ τῆς ἀδελφῆς, αὐτὸς ἀπολαύω τι φλαῦρον. Genit. iūg. & accuſ.

Ἀπολαχίζω. diuido.

Ἀπολάψεις, et ἀπολείψεις. uorabis, linges, diripies canum in morē. Ariſtophanicum eſt.

Ἀπολάω. lapido, ἀπολιθόω.

Ἀπολεαίνω. μ. ανῶ. declino. Accuſ.

Ἀπολέγομαι. μ. ξομαι. π. γμαι. ſum defeſſus dicendo. Item repudio, repello, non accipio, detrecto, nō poſco, non admitto, Polybio, et Plutarcho in Catone, Solone, & Lucullo. Item ſuccumbo, cedo, do manus. Plut. in Lycurgo. Ἀπολέγομαι τὴν ψυχὴν, deſpondeo animum. Bud. Com.

Ἀπολέγω. annuntio, manifeſte dico, prodo, effero, probo, declaro, ἀποφαίνω, ἀποδεικνύω, Philoni de Mūdo. Item deligo. unde ἀπολελεγμένοι &

ἀπόλεκτοι, delecti, eximij, ſelecti. Itē decerpo, Theophra. Itē interdico, ueto, Et ἀπολέγω δικαστὴν, recuſo, reijcio iudicē ut iniquū. Bud. Com.

Ἀπολείβω. diſtillo.

Ἀπολείπομαι. μ. είψομαι. π. ειμμαι. deficio, relinquor, defraudor apud Lucia. in Icarome. Itē abſum, diſcedo, Xenoph. Itē ignarus ſum, hoc me latet, Lyſ. Item non diſco, imperitus ſum, nō aſſequor, Iſocr. Itē inter abiectos & uileis exiſtimor, apud eundem. Bud. Com.

Ἀπολειπόμενος πόνου. abhorrēs laborē.

Ἀπολείπω. μ. είψω. π. αφα. repudio. Item abſum. Iſocrat. Καὶ πολλάκις δεινὰ παθόντες, ἀπέλιπον τ μὴ ταῖς ἐσχάταις συμφοραῖς περιπεσεῖν. ἀντὶ τ παρ' ὀλίγον ἦλθον περιπεσεῖν. Aliquando relinquo, hoc eſt præcedo, anteuerto, excello, præſto, Iſocrat. Ἀπολείπει μοι τοῦτο, Hoc mihi deſicit. Bud. Com.

Ἀπολειφθείς. ſeparatus, relictus, q alios aſſequi non poteſt.

Ἀπόλειψις. ιος. ἡ. defectio, diuortium.

Ἀπόλεκτος. ὁ. ὁ, ἡ. electus, eximius, ἐκ πλειόνων διειλεγμένος. Item piſciū genus, quos ſynotontidas uocant, de quo Hermol. in Plin.

Ἀπολελαμμέναι. communes, κοιναὶ, quaſi in populum diſtributæ, uulgatæq́, Hippocrati.

Ἀπολελοιπότες, pro νενικηκότες, apud Iſocrat. translatū à curſoribus, qui cū uincunt, uictos poſt ſe relinquūt.

Ἀπολέμητος. ὁ. ὁ. ſine bello.

Ἀπόλεμος. ὁ. ὁ. expers belli, non laceſſitus bello, ignarus rei bellicæ, ἀπειρο πόλεμος.

Ἀπολέμως. inerter.

Ἀπολεπίζω. detraho corticem.

Ἀπολέσθαι. mori.

Ἀπολέω. μ. έσω. π. ἀπώλεσα, & Atticè ἀπολώλεκα. Vel ἀπόλλω, ἀπολῶ, ἀπῶλα, & Attice ἀπόλωλα, ſignificat τὸ ἀπολλύω, de quo mox.

Ἀπολήγω. deſino, παύομαι.

Ἀπολιβάξεις. recedes. Ariſtoph. οὐκ ἀπολιβάξεις οὖν ὦ λάκις' ἀπολέμιστ. Sumpta metaphora à guttis celerrime decidentibus.

Ἀπολιγάνειν. clamare, tumultuari.

Ἀπολιθοῦσθαι. in lapidem rigo, Strab.

Ἀπολιτικός. ὁ. ὁ. ciuilis gubernationis expers.

Ἀπολιμπάνονται. abſunt, inferiores ſunt certamine, & à prætereunte relinquuntur. Bud. Com.

Ἀπολιμπάνω. μ. ανῶ. relinquo. Actiu.

Ἀπόλιον. mirabile. (accuſ.

Ἄπολις. ιδος. ὁ, ἡ. extorris.

Ἀπολισθαίνω. defluo, delabor.

Ἀπολιταργέω. μ. ήσω. π. ηκα. καὶ

Ἀπολιταργίζω. aufugio, celeriter abeo; ἀποδραμεῖν. λιταργισμὸς enim ſaltationes uocant. uel quoniā λίτη ianuam ſignificat, & ἀργὸς celer. Ariſtophanicum eſt.

Ἀπολίτευτος. ὁ. ὁ. nequaquam ciuilis, inadminiſtratus.

Ἀπολίτης, pro ἄπολις apud Theopomp.

Ἀπολιχμάω. ſugo, ἀπολείχω, lingo.

Ἀπολλά. ἄτινα, πολλά.

Ἀπολλύω. μ. ύσω. π. υκα. καὶ

Ἀπόλλυμι. pereo, perdo, deſtruo.

Ἀπόλλων. ωνος. ὁ. Apollo.

Ἀπολλωνίας. laurus, δάφνη.

Ἀπολλώνιον. ὁ. τό. templum Apollinis.

Ἀπόλλωνος. ciuitas Aegypti ad Aethiopas, unde

Ἀπολλωνοπολίτης. nomen gentile.

Ἀπολλώς. τ ῶ. Apollo uiri nomen.

Ἀπολογέομαι. μ. ήσομαι. π. ημαι. καὶ

Ἀπολογέω. defendo, reſpondeo, excuſo, cauſam dico. Ἀπολογοῦμαι δεδεμένος, è uinculis cauſā dico. Bud. Com.

Ἀπολόγημα.ατος.τό. excuſatio.

Κρεμάθρα. ας. ἡ. uas penſile, quali ruſtici utuntur ad exiccandum caſeum, per quod ſerū ſtillat, & abſumitur: et in promptuarijs domeſticis ſuſpendi ſolet è fune uas uitile ad aſſeruanda eſculenta, ne à muribus erodantur. In ſumma quodcunq; conceptaculum penſile ſignificat. Theoph. τὰ δὲ ἄνθη πέφυκεν ἀπὸ μιᾶς κρεμάθρας ἐν ἄκρῳ. Bud. Com.

Κρεμαςῆρες. οἱ. cremaſteres, id eſt nerui, à quibus teſticuli pendent.

Κρεμαςήριον. ου. τό. ſera.

Κρεμαςός. ου. ὁ. penſilis.

Κρεμάω. κρεμάζω.

Κρεμβαλίζειν. crembalo, hoc eſt muſico organo ſonare, conchilijs oſsibuſq; colliſis inter ſaltandum perſonare.

Κρέμβαλον. ου. τό. inſtrumentum muſicū. Et κρέμβολον, cui tramam inuoluere ſolent.

Κρεμάω. μ. ήσω. π. ηκα. ſuſpēdo. Accuſ.

Κρημνῶ. idem.

Κρέξ. κος. ὁ. capillus. Eſt & auis præacuti roſtri, inauſpicata nubentibus, ibidi ſimilis.

Κρεουργηδόν. fruſtillatim, in fruſta, & more laniorio, Herodo. Bud. Com.

Κρεουργία. laniatio, conciſio carnium, Gregor.

Κρεουργός. lanius. &

Κρεουργῶ. lanij modo concido, lanio. Bud. ibidem.

Κρεσμός. οῦ. ὁ. pulſus citharæ.

Κρέω. impero, regno.

Κρεοδαίτης. ου. ὁ. carnium diuiſor.

Κρεωδαισία. ας. ἡ. carnium diuiſio.

Κρεώδης. εος. ὁ, ἡ. carnoſus.

Κρεοδόχον ἀγγεῖον. κρεῖον.

Κρεωπώλης. ου. ὁ. macellarius.

Κρεωπώλιον. ου. τό. macellum.

Κρεωφάγος. ου. ὁ. carnedulus.

Κρήγυον. uerum, bonum, placitum, idoneum. Iliad. α. οὐ πώποτέ μοι τὸ κρήγυον εἶπας. Et Plato Alci. α. οὐκ κρήγυοι δ' ω

διδάσκαλοι εἰσὶ τούτων, Neq; idonei doctores ſunt. hoc eſt, Vere dicere nequeunt. Tradunt autem grammatici hanc dictionem cōponi ex κῆρ & ἁδὺ εὐφραίνων, & ſyncopa κρήδνον, mutatoq; δ in γ, κρήγυον, quaſi τὸ τὴν ψυχὴν ἡδῦνον.

Κρήδεμνον. ου. τό. uitta, corona. Ponitur & pro mœnijs tranſlate.

Κρηήνατε. perficite.

Κρήηνον, pro κρῆνον, à κραίνω. perfice.

Κρῆθεν. ex capite, κατὰ κεφαλῆς. Vel ex (Creta.

Κρήιον. κρεῖον, κρεοθήκη.

Κρήμνημι, &

Κρημνίζω. μ. ίσω. π. ικα. præcipito. accu.

Κρημνοκομπεῖν. gloriari, iactare ſe, magnificè de ſe prædicare.

Κρημνοποιός. οῦ. grādiloquus, ut Aeſchylus apud Ariſtoph.

Κρημνός. οῦ. ὁ. præcipitium, locus eminens, labrum ulceris.

Κρημνώδης. εος. ὁ, ἡ. præceps, præru- (ptus.

Κρηναῖος. ου. ὁ. fontanus, ut κρηναῖον ὕδωρ, fontana aqua.

Κρήνη. ης. ἡ. fons. In poëmate Epigonis pro uaſe aquario, ſicut et apud Plau. in Curcul. fons pro uaſe aquario capaciſsimo *.

Κρηνιάω. capite doleo, καρηβαρῶ.

Κρηνοφυλακία. fontium cuſtodia atq; tutela, ne uidelicet obturentur aut inficiantur.

Κρηπιδόω. crepidas induo.

Κρηπίς. ῖδος. ἡ. crepida, calceus, fundamentum, principium, baſis.

Κρής. ητός. ὁ. Cres, id eſt Cretenſis.

Κρῆς, Dorice pro κρέας. τό. caro.

Κρησέρα. operculum, amictus, tegmen quoddam capitis.

Κρῆσσα. ης. ἡ. Creſſa, id eſt Cretenſis mu- (lier.

Κρησφύγετον. τό. latebra, aſylum.

Κρήτη. ης. ἡ. Creta.

Κρητήρ. crater, guttur.

Κρητήριον. mixtio, infuſio.

Κρητίζειν. mentiri, cretizare: ſumptum à Cretenſium uanitate. Eraſ. Chil.

Κρητικόν. ueſtis quædam tenuis & breuis, & ſaltationis genus.

Κρητικός. οῦ. ὁ. Cretenſis.

Κρητισμός. οῦ. mos Creticus.

Κρητός. οῦ. ὁ. mons Cretæ.

Κρηφαγεῖν. carnes edere.

Κρῖ pro κριθὴ. apud Homerum in neutro genere ponitur, licet κριθὴ ſit fœminini: niſi à κρίμνον deflecti maluimus.

Κριβανίτης. ὁ. clibanarius, panis in clibano coctus.

Κρίβανος. ου. ὁ. clibanus, furnus.

Κριγή. ῆς. ἡ. ſtridor, κρίγη δὲ, δαίμονες, ἄδωλα.

Κριγμός. dentium ſtridor.

Κρίδιον. diminutiuum à κριός.

Κριερός. οῦ. ὁ. terribilis.

Κρίζω. μ. ίσω. π. ικα. clamo, tibia cano acutiſsimè.

Κριθή. ῆς. ἡ. hordeū. παρὰ τὸ διακρίνεσθαι. Antequā enim cognoſcerent & dijudicarent fruges, glande ueſcebātur. Item tuberculum in palpebra naſcens, hordeolum uulgò appellant.

Κριθάδιον. pudenda muliebria.

Κριθίας. ὁ. hordeatio, morbus equorū, κριθίασις.

Κριθινός. οῦ. ὁ. hordeaceus.

Κριθολόγοι. ων. magiſtratus apud Opuntios, qui ſacris & colligendis primitijs præerāt: quaſi hordeologi, à uetuſtiſsimo ſacrificiorū ritu, quo hordeo uti ſolebāt, ut eſt apud Plut. ī Quæſt.

Κρικόομαι. annulo traiectus ſum. Strabo 12. ὀπλίζουσι δὲ τὰς γυναῖκας, ὧν αἱ πλείους κεκρίκωνται τὸ χεῖλος τοῦ σώματος χαλκῷ κρίκῳ.

Κρίκε. ſtridebat. Factitium eſt, ad imitationem currentis, ſiue ſtridentis.

Κρίκος. ου. ὁ. circulus, circus, annulus oſtij, uel catenæ, quales ſunt, quibus ſphæra cõpingitur, et κορώνη, ῥόπτρον. Cæl.lib.5.cap.13.

Κρικωτός. ἡ. ὁ. annulatus, ut lorica. Vnde Ptolemæus κρικωτὸν uocat, quam alij annularem rationem, quæ fortè non alia eſt, quàm quæ Latinè decuſſatio dicitur. Cæl.ibidem.

Κρίμα. ατος. τὸ. iudicium, retributio, calculus iudicis.

Κρίμνος. ὁ. farina craſsiuſcula.

Κριμνώδης. cremoris inſtar.

Κρίνεν. elegit.

Κρίνεσι, pro κρίνοις. lilijs.

Κρίνομαι. μ. ἔμαι. π. ιμαι. uocor ad iudicium, accuſor, iudicor, condemnor, cauſam dico. Item decerno prælio, ut κρίνεσθαι ἄρηϊ, Hom. tanquam Marte iudice pugnã aggredi. Et κρίνεσθαι περὶ τῶν ὅλων, de ſumma rerum prælio decernere, Polyb. Bud. Com.

Κρινόμενος. ου. accuſatus, cũ quo agitur in iudicio. Et κρινόμενον. τὸ. controuerſia, & quod uulgo dicunt, de quo nũc quæſtio eſt, id eſt, quod maximè iudicãdũ eſt, quod potiſsimũ nũc in cauſa hac uerſatur, ſumma quæſtio.

Κρίνον. ου. τὸ. lilium, flos, interdum cucurbitæ flos.

Κρίνω. μ. νῶ. π. ινα. accuſo, diem dico, reum ago, defero. Item iudico, damno. Aliquando interpretor, Hom. Item ſecerno, numero. Vnde τὸ κεκριμένον, quod cum iudicio factum eſt, iudicium diſcretum. Eſt etiam idem quod ἐξετάζω, δοκιμάζω, καὶ βασανίζω, quæſtionem de aliquo habeo, & exerceo. Ab hoc uerbo τὰ κριθέντα Demoſtheni dicitur res iudicata: & τὰ κριθέντα εἶναι κύρια, ſermo erat, quo ſe ad aliud maius iudicium prouocare nolle ſignificabant. Bud.Com.

Κρινών. ῶνος. ὁ. &

Κρινωνιά. ᾶς. ἡ. liliarium.

Κριοδόκη. ης. ἡ. arietaria machina.

Κριοκοπῶ. arietibus oppugnare, & impetere.

Κρίον. κρῖον.

Κριός. ἡ. ὁ. aries.

Κρῖος. ου. ὁ. Crius uiri nomen.

Κριοφάγος. deus quidam gẽtilitius, cui arietes immolabantur.

Κρίσω. μ. ίσω. π. ικα. ſordido. Accuſ.

Κρίσις. εως. ἡ. iudicium, ſententia & cauſæ dictio, & accuſatio. Dicitur etiã cum pugna decernitur. Plut. κράτιστον δὲ ἐν μάχῃ κρίσιν ὑπολαβῶν. Aliquando condemnatio, id eſt, κατάκρισις, conſequentia.

Κρίσιμος ἡμέρα. decretorius dies, qui etiam criticus dicitur.

Κρισμός. ἡ. ὁ. ſtridor dentium.

Κρισσίς. ſciſſura.

Κριτήριον. ου. τὸ. ſenſus, & pars animi rerum æſtimatrix & arbitra, Plat. & Plut. Item forũ, id eſt locus iudicij.

Κριτής. ἡ. ὁ. iudex, arbitrator, æſtimator

Κριτικός. ἡ. ὁ. iudicialis. Et κριτικοί, poëmatum iudices ac cenſores aliorum operum olim dicti ſunt, quales Ariſtarchus, & Ariſtophanes grammatici fuerunt, dicti ἀπὸ τῶν κριτῶν, id eſt iudicibus, qui muſicis agonibus, id eſt ſcenicis præerant.

Κρυπτός. ἡ. ὁ. ſecretus.

Κρoαίνω. μ. ανῶ. π. αγκα. petulo, pulſo, laſciuè ſalto. Neut. abſol.

Κροιός. morboſus, infirmus.

Κροκάλη. ης. ἡ. & κρόκαλος. ου. ὁ. littus, calculus. Sic

Κρόκη. ης. ἡ. trama, filum, ſubtegmen, chordula. Item littus, arena. Et κρόκαι, Ariſtoteli calculi frequẽti motu in maris littore rotundati, quos Cic. de Orat. 2. umbilicos appellat. Cæl. lib. 8. cap. 42.

Κροκία. ας. ἡ. gemma, à croci dicta colore.

Κροκίδες. αἱ. flocci & pili in ueſtibus.

Κροκιδίζειν. floccos & feſtucas ex ueſtibus colligere. Ponitur pro adulari, quòd adulatores ſubblandiẽdo floccos piloſq́ ex ueſtibus legere ſoleãt. Cæl. lib. 11. cap. 33.

Κροκιδισμός. οῦ. ὁ. collectio floccorum, quod eſt aſſentatorũ, uel etiam phreneticorum, Galeno authore.

Κροκίζω. μ. ίσω. π. κα. neo, texo, croco illino. Neut. accuſ.

Κροκοβαφής. έος. ὁ, ἡ. croco tinctus.

Κροκοδείλειον. herba nigra chamæleonti ſimilis, aut crocodilo.

Κροκόδειλος. ου. ὁ. crocodilus. παρὰ τὸ δειλιᾶν τὰς κρόκας, ἤγουν αἰγιαλοὺς, οἱονεὶ ὁ περὶ τὴν γῆν δειλός.

Κροκοείμων. ονος. ὁ. indutus croceis.

Κρόκον. ου. τό. uel κρόκος. ὁ. ſicut Latinis crocum, uel crocus.

Κροκόπεπλος. ου. ὁ, ἡ. croceam habens ueſtem. Auroræ epitheton, quòd id genus coloris tunc imitetur, cum ſciliscet multum adhuc noctis & parum diei eſt, paulò pòſt enim ſuperante die ῥοδοδάκτυλος proprie dicitur.

Κροκύς. ύος. ſtuppa, & herbæ genus, tomentum.

Κρόκυλον. ου. τό. trama.

Κροκωτός. οῦ. ὁ. croceus. Dicebatur et crocota ueſtis, rotunda & fimbriata, ditioribus matronis in uſu. Vnde κροκώτιον, id eſt crocotula, diminut.

Κροκωτοφόρος. ὁ. qui crocoto ueſtitur.

Κρόμβος. nodus uel articulus digiti, κόνδυλος, λακκωρός.

Κρόμμυον. ου. τό. cepa. παρὰ τὸ κόρας μύειν τῶν ἐσθιόντων.

Κρομμυοξυρεγμία. ꝑ cruditate ponitur, ſiue fœtido anhelitu ac ructu. Compoſita dictio eſt ἀπὸ τῶν κρομμύων, καὶ τοῦ ὀξύγαλος, καὶ τοῦ ἐρυγῆς. Suid.

Κρόνια. τά. ſaturnalia. Itẽ uetuſtate prærancida, & inſipida, prorſumq́ fatua. à Cronijs, id eſt Saturnalibus feſto perantiquo.

Κρονίη ἅλς. Adriaticum mare, quod illic Saturnus habitauerit. Cæl. lib. 7. cap. 6.

Κρονικός. delirus, ætate deſipiſcens.

Κρόνιος. ου. ὁ. ſaturnius, priſcus.

Κρόνιππος. uehementer delirus, calumniator, uoluptuarius. ab ἵππος particula intenſiua.

Κρονίων. antiquus homo.

Κρονόληρος. ὁ. κρονικός. Eraſ. Chil.

Κρόνος. ου. ὁ. Saturnus.

Κρόσσαι. ῶν. αἱ. minæ murorum, ſcala, gradus. unde πρόκροσσος, et naues πρόκροσσαι apud Herodo. quæ inuicem oppoſitæ ſtant inferis roſtris.

Κροσσός. οῦ. ὁ. fimbria, κράσπεδον.

Κροσσωτός. οῦ. fimbriatus.

Κροταλίζομαι. plauſu excipior, plaudor. Bud. Com.

Κροταλίζω. μ. ίσω. π. κα. ſtrepo, plaudo, riſu effuſo excipio. παρὰ τὸ κροτεῖν. Neut. abſol. Bud. ibidem.

Κρόταλον. ου. τό. crepitaculum, crotalũ, quod eſt calamus ſciſſus, ex teſta, ligno, ære concinnatus, ut efficere ſonum queat, ſi quis uerſet manibus. Alij inſtrumentum muſicum intelligunt, quo in deorum ceremonijs utebantur Aegyptij, à uerbo κρούω, quod eſt pulſo. Alij pro plauſtro reſonanti accipiunt. Quidam annulum ferreum interpretãtur, qui ferreo quatiatur baculo. Cæl. lib. 10. cap. 44. & Bud. Com.

Κρόταλος. qui lingua eſt expeditiore ac uoce ſonanti, & propè tinnula, homo loquax, & in foro obſtrepẽs, uerba immodicè fundens, & uoce exaudibili

dibili. Metaphora ſumpta ἐκ τῶ κροτάλω. Cæl. & Bud. ibidem.

Κρόταφος. ου. ὁ. tempus, pars capitis.

Κροτέω. μ. ήσω. π. ηκα. plaudo, percutio, excipio plauſu, clamo. Neutr. abſol.

Κρότημα. plauſus doloſus.

Κροτητός. ῦ. ὁ. collidens.

Κρότος. ου. ὁ. plauſus, laus, bona fama.

Κροτοῦμαι. plauſu excipior, κροταλίζομαι.

Κρότων. ωνος. ὁ. muſca canina, uel uermis muſcarum & boum, ricinus.

Κροτῶν. ῦντος. ὁ. plaudens.

Κροῦμα ατος. τό. pulſatio, ſonus.

Κρουνηδόν. torrentis inſtar.

Κρίνισμα. τό. uertex.

Κρουνός. ῦ. ὁ. aquæductus, fons manufactus, ſcaturigo, & (ut Verg.) rapidus montano flumine torrens.

Κρουνοχυτρολήραιος. nugax, inſenſatus, καὶ περισσολόγος, compoſita dictione à κρουνὸς, χύτρα, & λῆρος. Eraſ. Chil.

Κρούομαι. inhibeo. Vnde κρούεσθαι πρύμναν eſt inhibere nauem, nauim appellentem conuertere, ita ut puppis ad littus ſpectet, ne cum poſtea ſoluturi ſunt, conuerſo opus habeat. Veneti ziare dicunt. Bud. Com.

Κρουόμενα. inſtrumenta muſica, quæ neruis intenduntur.

Κρουσιδημῶ. uoce plebem eludo, ac ſeduco, κρουσιμετρῶ, καταπρέω τῷ δήμῳ, ἢ τὸ δῆμον ἀπατῶν καὶ παρακρούομενος τὸ δῆμον.

Κρουσιμετρεῖν. diminute menſurare, defraudare in menſura.

Κρουσιμέτρης. ου. ὁ. qui in menſura defraudat.

Κροῦσις. ιος. ἡ. pulſatio.

Κρουστικός. aures feriens, acrimonia & uehementia dicendi.

Κρούω. μ. ούσω. π. ουκα. pulſo, cornibus peto proprie. Neutr. abſol.

Κρύβδα, & κρύβδην. clàm.

Κρυβείς. γέντος. abſconditus. ἀπὸ τῶ κρύβω, uel κρύβομαι.

Κρύβω, antiquè pro κρύπτω. abſcondo.

Κρύγκος. uillus ex caprarum mento dependens. Latini aruncum uocant.

Κρυερός. ῦ. ὁ. letalis, frigidus, horridus, odioſus, miſerabilis, difficilis.

Κρυμός. ῦ. ὁ. algor, frigus intenſum.

Κρυμνοῦν. frigere.

Κρυμὸς, & κρυμνός. gelu, glacies.

Κρυόεις. όεντος. ὁ, ἡ. frigidus, horridus.

Κρύος. εος. τό. frigus. παρὰ τὴν γινομένην τῶν ὀδόντων κροῦσιν.

Κρυπτάδιος, uel κρυπτάδιος. ου. ὁ. occultus.

Κρυπτάζω. cooperio.

Κρυπτάζομαι. inſidior.

Κρυπτεία. ας. ἡ. officium occulta indagans.

Κρύπτη. ης. ἡ. crypta.

Κρυπτός. ῦ. ὁ. occultus.

Κρύπτομαι, &

Κρύπτω. μ. ύψω. π. υφα. abſcondo, tego. in arcano habeo, arcanũ teneo. Actiu. accuſ.

Κρυστάλλινος. ου. ὁ. cryſtallinus.

Κρύσταλλος. ου. ὁ. glacies, cryſtallus.

Κρυσταλλώδης. εος. ὁ, ἡ. glacialis.

Κρύφα. ſecreto, cum genitiuo, κρύφα τινός.

Κρυφαῖος. ου. ὁ. latens.

Κρυφαδόν, &

Κρυφῆ. latenter.

Κρυφίνδα. κρυψίνδα.

Κρύφιος. ου. ὁ. & κρύφος. occultus.

Κρυψίνοος, uel κρυψίνους. ου. ὁ. diſsimulator, mentem ſuam doloſè cælans, aſtutus.

Κρυψίχολος. qui iram cælat & premit, iram diſsimulans.

Κρυώδης. εος. ὁ. algidus, horridus.

Κρώβυλος. ου. ὁ. aureus, uel argenteus corymbus ex capillis pendens, πλέγμα τριχῶν εἰς ὀξὺ λῆγον, quod in uiris

κρόβυλος, in mulieribus κόρυμβος, in pueris σκορπίος uocabatur.

Κρωγμός.ȣ̃.ὁ. uociferatio, cornicatio.

Κρώζειν. cornicari, ineptè garrire. Aliquando prædæ inhiare, Ariſtoph. Eraſ. prouerb. Domum cum facis.

Κρώσσιον.ȣ.τὸ. urna.

Κρωσσός.ȣ̃.ὁ. hydria, uas quo aqua ſeruatur, uas unguentarium, Plut. Cæl. li.15.ca.6.& Bayf. de Vaſc.

Κρῶσος. ὁ. proprium nomen.

K T.

Κτάνω. occido, corrumpo.

Κτάομαι.μ.ήσομαι.π.ημαι. acquiro, paro mihi & comparo, adipiſcor, poſsideo, uendico mihi. Depon. accuſ.

Κτασία. cædes.

Κτάω. poſsideo.

Κτέανον.ȣ.τὸ. poſſeſsio, Pindaro, κτῆμα & κτῆσις.

Κτέαρ.ατος.τὸ. prædium.

Κτεατίζω.μ.ίσω.π.ικα. poſsideo. Accuſ.

Κτάνας. interimens, occidens.

Κτείνω.μ.τενῶ.π.ακα. occido. Accuſ.

Κτείς. κτενός.ὁ. pecten. παρὰ τὸ ἐκτείνειν τὰς τρίχας. Et κτένες, tonſtrinæ. Item quatuor denteis anteriores.

Κτενίζω.μ.ίσω.π.ικα. pecto.

Κτένιον.ȣ.τὸ. κτεὶς.

Κτενωτός. textus.

Κτέρ.τὸ. poſſeſsio, mortuus.

Κτέρας. κτῆμα, res poſſeſſa.

Κτέρες.οἱ. mortui.

Κτερείζω, & κτερίζω.μ.ίσω.π.ικα. parento, ſepelio, præbeo exequias. Neut. accuſ.

Κτέρισμα.ατος.τὸ. &

Κτέρας.τος.τὸ. parentatio, funus, iuſta, quicquid in mortuorũ honorem fit.

Κτέω. occido.

Κτηδών.όνος. floſculus qualis lanæ eſt, pecten ligneus.

Κτῆλος. κτίλος.

Κτῆμα. ατος. τὸ. poſſeſsio. Significatur quoq; hoc nomine ἀνδράποδα, & αἰχμάλωτοι, hoc eſt mancipia, homines in bello capti, & ſeruituti mancipati, cuius relatiuum eſt ὁ ἐκκτημένος, id eſt herus. Εἰς τὰ κτήματα πορεύεσθαι, hæreditatem adire. Λαμβάνειν τῶν κτημάτων, pignora capere. Bud. Com.

Κτηματικός. opulentus, qui multas habet poſſeſsiones.

Κτηνηδόν. beſtialiter.

Κτηνίατροι. ueterinarij, iumentorum ueterinorum curatores & medici, qui ijdem ſoleas equis affigũt. Bud. in Annot. poſt.

Κτῆνος.εος.τὸ. iumentum, pecus, quadrupes, quod mactatur aut immolatur. παρὰ τὸ κτᾶσθαι τὸ φονεύειν.

Κτηνοτροφία.ας. pecorum pabulum.

Κτηνοτρόφος.ȣ.ὁ. qui iumenta paſcit.

Κτηνώδης. inſtar pecorũ, irrationalis.

Κτησίδιον.ου.τὸ. poſſeſsiuncula, curta ſupellex, prædiolum.

Κτήσιος. quæſtorius. Mercurij cognomen, ut quem lucripetis propitium fingerent, κερδῷον.

Κτῆσις.εος.ἡ. poſſeſsio, dominij comparatio poſsidendiq; ius.

Κτητικός.ȣ̃.ὁ. poſſeſsiuus.

Κτητός.ȣ̃.ὁ. comparandus.

Κτήτωρ.ορος.ὁ. poſſeſſor.

Κτίδεος.ȣ.ὁ. nomen poſſeſsiuũ ab ἴκτις, per aphæreſin, uel à κτίς.

Κτίζω.μ.ίσω.π.ικα. condo, creo, fabrico, muro. Actiu. accuſ.

Κτίλος.ȣ.ὁ. aries dux manſuetus. à κίω, quoniã gregem ferè præcedat. Vnde

Κτιλεύεσθαι, &

Κτιλοῦσθαι. eſt puellam demulcere, atq; ita demum conciliare, ut uxorem ducas. Accuſ. Hinc ἐκτιλωμένος apud Pauſ. qui cuipiam familiaris

eſt factus.

Κτίμενος. conditus, habitatus.

Κτιννύω. occido.

Κτίς. ἰκτίς, uiuerra.

Κτίσις. ιος. ἡ. fabricatio.

Κτίσμα. ατος. τὸ. κτιστὸν, ποίημα, ædificium, creatura, ut in epiſtola D. Iacobi, εἰς τὸ εἶναι ἡμᾶς ἀπαρχήν τινα τῶν κτισμάτων αὐτοῦ, Vt eſſemus primitiæ quædam creaturarum ſuarum.

Κτιστής. οῦ. ὁ. creator, conditor.

Κτιστός. creatus.

Κτόνος. cædes.

Κτυπέω. ῶ. ήσω. π. ηκα. pulſo manu.

Κτυπίω. idem.

Κτύπος. ου. ὁ. ſonus, fragor.

K Y.

Κύαθον. ου. τὸ. &

Κυαθίζειν. poculis indulgere. Eraſ. Chi.

Κύαθος. ου. ὁ. cyathus, cochleare. uncias duas capit.

Κυάιναι. grauida eſt.

Κυαμευτής. οῦ. conciliator, qui agit cum fabis, ſortilegus.

Κυαμεύω. ſortior, κυάμῳ ψηφοφορῶ.

Κυαμιαῖος. α. ὁ. fabali magnitudine.

Κυαμίζειν, catullire, cyamiſſare. De puella dicitur, quæ ætate iam maturior, uirum appetere incipit. Nam κύαμοι (ut mox dicetur) etiam colei appellantur. Cæl. lib. 15. cap. 24.

Κυαμοτρώξ. iudex qui uictum habet à ſuffragijs, in quibus ferendis utebantur κυάμοις. Sic κυάμους τρώγειν pro dicάζειν.

Κύαμος. ου. ὁ. faba. Significantur item hoc nomine teſticuli, quia ſint ὡς τὸ κύειν δυνοὶ, id eſt ferendo utero ualidi. Aliquando item prima lactis πῆξις, ſub circulo illo nigrante, pupillam ambiente.

Κυανέαι. αἱ. ſaxa in mari Euxino, quæ & Latini cyneas uocāt, eadem ſunt ſymplegades.

Κυανέμβολοι τριήρεις. roſtris cæruleis triremes, uel mare ſecantes. eſt enim κυανὸν, ἁλὸς ὕδωρ.

Κυάνεον, cæruleum colorem uocant, qui fit ex ſplendido albo adiuncto, et & nigredine obfuſo. Bayſ.

Κυαναυγής. nigredinis ſplendorem habens, ex nigrore ſplendeſcens.

Κύανος. ου. ὁ. niger, obſcurus.

Κυανός. aqua marina, auis quædam.

Κυάνοφρυς. υος. ὁ, ἡ. habens nigrum ſupercilium.

Κυανοχαίτης. ου. ὁ. cui nigrum eſt capillitium, habens crineis nigros, uel cæruleos potius. Epitheton Neptuni.

Κυανόχρων. purpureo colore.

Κύαρ. foramen acus, pars auris.

Κυβαρσία. ας. ἡ. caput galli, galea.

Κυβαλεῖν. euertere.

Κύβδα. inclinatim, pronè.

Κύβηθρον. apum receptaculū, alueare.

Κυβεία. ας. ἡ. ludus aleæ, nequitia.

Κυβεῖον. locus in quo alea luditur.

Κύβηβος. impudens.

Κυβέλη. ης. ἡ. Cybele deorū mater, quæ & Rhea. Vnde eius ſacra dicebantur μητρῷα, & μητριάζειν eadē obire. Dicitur etiam hoc nomine auriū foramen. Cæl. lib. 10. cap. 17.

Κυβερνάω. ῶ. ήσω. π. ηκα. guberno. de naui proprie. Actiu. accuſ.

Κυβέρνησις. ἡ. gubernatio, recta uitæ inſtitutio.

Κυβερνητήρ. ῆρος. ὁ. &

Κυβερνήτης. ου. ὁ. gubernator. παρὰ τὸ τὰ κύματα περαιναῦν, καὶ πρὸς αὐτὰ ἰθύνειν τὴν ναῦν, τροπῇ τοῦ μ εἰς β.

Κυβερνισμός. ου. ὁ. gubernatio.

Κυβευτής. οῦ. ὁ. aleator, taxillis luſitans.

Κυβευτικός. οῦ. ὁ. luſor alearum.

Κυβεύω. ω. εύσω. π. ευκα. ludo taxillis.

Κύβη. caput. Cæl. li. 10. ca. 17.

Κυβιστᾶν. ἐπὶ τὴν κεφαλὴν ῥίπτειν, κυβιστᾶν

Κυβήβη. ης. ἡ. κυβέλη. Suid.

Κύβηλις. ιος. ſecuris, bipennis.

Κυβηλίσαι. ſecuri percutere.

Κυβηκαίνδας. genus luſus puerilis, quod alio nomine ἐγκοτύλη etiã appellatur.

Κυβιστάω. ſalto caput demittendo, in caput ſalto, in caput deferor deuoluorq́. A κύβη, quod caput ſignificat. Capitur & pro urinari, & natare. Aliquando & pro taxillis ludere. Bud. in Annot.

Κυβίστησις. gurges aquarum, συστροφή. Et genus ſaltationis, aut exercitij, quod κυβίστημα Luciano dicitur. Simile eſt ei, quod hodie à petauriſtis factitari uidemus, cum corpore in ſpiram contracto in caput prouoluuntur. Bud. ibidem.

Κυβιστητήρ. ῆρος. ſaltator, qui in caput conuolui manibus pedibusq́ cõtractis didicit. Item urinator, hoc eſt, qui gurgites ſubit. Bud. ibidem.

Κυβιστητεία. ſaltatio.

Κυβιτίζω. cubito percutio.

Κύβιτον. ου. τὸ. cubitus.

Κύβος. ου. ὁ. taxillus, talus, teſſera, proprie teſſera quadrãgula, qua utimur in alueoli luſu. A κυβιστᾶν. Facillimè enim prouoluitur, ſemper uelut in caput ſaliens. Cæl. lib. 10. cap. 17.

Κύβωλον. ου. τὸ. cubitus.

Κυδάζω. μ. άσω. π. ακα. conuicior, territo, maledico, inceſſo conuicijs.

Κυδαίνω. μ. ανῶ. π. γκα. glorifico, decoro. as. Actiu. accuſ.

Κυδάλιμος. ου. ὁ. glorioſus.

Κύδαλος. ου. ὁ. &

Κύδαρος. ου. ὁ. nauigij genus.

Κυδάσσω, &

Κυδάττω. turbo, conuicior.

Κυδάω. μ. άσω. π. ακα. glorior, ueneror, admiror, extollo. Neut. datiuo.

Κύδιος. cura dignus, glorioſus.

Κυδηθλεῦσαι. glorificare.

Κυδιάνειρος. ου. ὁ. faciens uiros glorioſos, & claros uiros cohoneſtans.

Κύδιμος. ου. ὁ. glorioſus, uenerabilis, illuſtris, grauis.

Κύδιον. melius, magis optandum.

Κύδιστος. ου. ὁ. illuſtriſsimus, ἐνδοξότατος.

Κυδιόω. μ. ώσω. π. ωκα. exulto, glorior, efferor opinione mei. Neut. datiuo.

Κύδνος. cycnus.

Κυδνός. οῦ. ὁ. Cydnus flumen Ciliciæ.

Κυδοιδοπᾶν, uel κυκοιδοπᾶν. confundere. Ariſtoph. οὐδὲν ὀρθῶς ἀλλὰ ἄνω τε καὶ κάτω κυδοιδοπᾶν.

Κυδοιμέω. μ. ήσω. π. ηκα. turbo. Actiu. accuſ.

Κυδοιμός. οῦ. ὁ. tumultus. ἀπὸ τοῦ κύαρ τὸ δέος, ὅ δεῖμα.

Κῦδος. εος. τὸ. gloria, decus.

Κύδος. ου. ὁ. conuicium, obiurgatio, maledictum.

Κυδρός. οῦ. ὁ. uenerabilis.

Κύδων. ωνος. Cydon urbs in Creta.

Κυδώνιον. ου. τὸ. malum cotoneum.

Κυέω. μ. ήσω. π. ηκα. & κύω. concipio, fero partum, uterum fero, oſculor.

Κυζυθμός. canum adblandientium immurmuratio.

Κύζομαι. μ. ύσομαι. π. υσμαι. iraſcor. Depon. datiuo iungitur.

Κύημα. ατος. τὸ. fœtus, germen, turio.

Κύησις. εως. ἡ. prægnatio, partus, fœtura

Κυητικός. οῦ. ὁ. genitalis.

Κυθέρεια. ας. ἡ. cytherea Venus. ἀπὸ τοῦ κεύθειν τοὺς ἔρωτας.

Κυθαιρών. ῶνος. ὁ. Cytharon mons Baccho ſacer.

Κύθεν. ἔκρυψεν, ἐκάλυψεν.

Κυθηγενής. furtim et ex adulterio natus

Κυθμώδης, &

Κυθνώδης. perditus, calamitoſus. à Cythmo inſula, quam uaſtauit Amphytrion.

Κύθρα.ας.ἡ. γέλως σκωπτικὸς, riſus mordens. (irrideo.

Κυθρίζω.μ.ίσω.π.ικα. σκώπτω, mordeo,

Κυθώδης.fœtidus.

Κυθώνυμος. infauſtus, inominatus, cuius tacendum eſt nomen.

Κυΐσκομαι, & κυΐσκω.fero partum, concipio. Bud. Com.

Κυκάω, uel κυκέω.μ.ήσω.π.ηκα. miſceo, confundo, turbo, agito, perturbo. Actiu.accuſ.

Κυκεία.ας.ἡ.confuſio, perturbatio.

Κυκεῶν.ῶνος.ὁ.κυκεών.

Κυκεΐς.ίδος.radix anguloſi iunci.

Κυκεῶ, pro κυκεῶνα.

Κυκεών.ῶνος.ὁ.potio ex multis herbis, uel melle & uino mixtura.

Κυκήθρα.ας.ἡ.συμφορὰ, ταραχὴ, id eſt calamitas, ſtrepitus.

Κύκημα ατος.τὸ.confuſio, perturbatio.

Κυκητής.οῦ.ὁ.turbator.

Κυκινάω.miſceo, turbo.

Κυκλάζω.gyro, circumeo.

Κυκλαίνω.idem, στρογγυλῶ. (ræ.

Κυκλάμινον.rapũ, ſiue umbilicus ter-

Κυκλάς.άδος.ἡ.cyclas ueſtis genus uel limbus. (κλέω.

Κυκλάω, uel κυκλέω.μ.ήσω.π.ηκα.κυ-

Κύκλαιον.poculum in quo fit mixtura.

Κυκλέω.uerſo, duco rota, uel plauſtro ueho. Accuſ.

Κύκλησις.εως.ἡ.circuitus.

Κύκλια.τὰ. uocantur quæcũq; eiuſdem ſunt argumenti, ut ſunt μέλοι, ὕμνοι, παιᾶνες, προσῳδαί. Suid. (ta.

Κυκλιοδιδάσκαλος.dithyrambicus poë-

Κυκλίγαλοι.auari, ſordidi.

Κυκλόεις.εντος.ὁ.rotundus.

Κύκλον.ου.τὸ.rota. (laris.

Κυκλοπαίδεια.ας.ἡ.diſciplina circu-

Κύκλος.ου.ὁ.& plur.aliquãdo κύκλα. orbis, ambitus, & orbis id eſt diſcus, quadra, circulus, oculus. Aliquando pro eo quod tripodi ſuperimponitur. Et in noua Comœdia pro loco, ubi uendebantur mancipia. Cal.li. 15.ca.10.

Κυκλόσε.circumquaq;.

Κυκλοτερής.έος.circularis, aduncus.

Κυκλοῦσθαι. circulari. Xenoph. παιδ. 6. φαιδρότεροί τε οἱ πολλοὶ οὐ πάνυ ἐφαίνοντο, ἐκυκλοῦντό τε. Id quod Cicero imitatus in Bruto, Videt (inquit) oſcitantem iudicem, colloquentem cum altero, nonnunquam etiam circulantem. Id eſt caput in circulo conferentem, quod indicium eſt animum orationi non aduertentis. Item circunuenire, & in medio concludere. Idem, ἀλλ' ἴτοι ἂν ἀδεῖν οἱ κυκλούμενοι κυκλωθῶσιν, At uideant illi ne circumuenientes circunueniantur. Bud. Com.

Κυκλοφοριτικός. uerſatilis.

Κυκλοφορῶ.uerſo. Bud. Com.

Κυκλόω.μ.ώσω.π.ωκα circũdo, circunuenio, in medio concludo, uerſo, duco rota, plauſtro ueho. Actiu. accuſ.

Κύκλῳ.circum, in circuitu, in orbem, circulatim. Ἐν κύκλῳ, in uniuerſum, nullo prætermiſſo, Luciano.

Κύκλωπας.Siciliæ incolas uocatos fuiſſe ſcribit Heſiodus, quòd unum oculum orbicularem in fronte haberẽt. ἀ κύκλος, & ὄψ. De ijs Hom. in Odyſſ. & Verg. Aen. 3.

Κυκλώπιον.totum illud quod albicat in oculo, σφενδόνη.

Κύκλωσις.εως.ἡ.circuitus. Et in re bellica eſt, cum extenſis cornibus acies aduerſa in medio intercipitur, Xenoph. 4. ἑλλην.Bud. Com.

Κύκνειον.melos cygni.

Κύκνειος.ου.ὁ.cygneus, olorinus.

Κύκνος.ου.ὁ.olor, cygnus.

Κύλα.caua ſub oculis pars.

Κυλίω.μ.ίσω.π.ικα.κυλινδῶμαι.

Κυλιστής.ὁ.uerſator.
Κυλιβλώνη.ης.ἡ.ſterilis braſsica.
Κυλίζω.μ.ίσω.π.ικα.uerſor,κυλινδοῦμαι.
Κυλικεῖον.τὸ. theca poculorum.
Κυλίκιον.ου.τὸ.paruus calix.
Κυλινδέω.μ.ήσω.π.ηκα. uoluo. Accuſ.
Κυλινδήθρα.ας.ἡ. locus in quo uolutant ſe iumenta.
Κυλινδοῦμαι. uerſor, aſsiduus ſum, uolutor. Bud Com.
Κυλινδροειδής.έος.ὁ,ἡ. cylindro ſimilis.
Κύλινδρος.ου.ὁ. cylindrus.
Κυλίνδω.uoluo. Actiu. accuſ.
Κύλιξ.κος.ἡ. poculum, calix, κύκλιξ. à rotunditate.
Κυλίομαι. τὸ κυλινδοῦμαι.
Κύλισμα.ατος.τὸ. uolutabrũ, uolutatio.
Κυλίστρα. ας. ἡ. locus in quo uolutant ſe iumenta.
Κυλίχνη.ης.ἡ.catinus.
Κυλίχνιον.ου.τὸ.pyxidicula, ἔκπωμα.
Κυλίω.μ.ίσω.π.ικα.deuoluo. Actiu.accuſatiuo.
Κυλλαβαράβιον.ου.τὸ. &
Κυλλάβαρις.nomen gymnaſij apud Lacedæmonios.
Κυλλάδες.κύλαι.
Κυλλαίνω. iraſcor.
Κύλλαρος.ου.ὁ. Cyllarus, proprium nomen equi Caſtoris, uelox. παρὰ τὸ κέλλειν.
Κυλλοπόδης.ὁ.mutilatus, mancus.
Κυλλοποδίων.ὁ. claudicans, mancus. Epitheton Vulcani.
Κυλλός.οῦ.ὁ.debilis, claudus, habens genitalia craſſa, mutilatus.
Κυλοιδιάω.μ.άσω.π.ακα &
Κυλοιδιόω.oculis turgeſco. dictũ quaſi κυλάδας οἰδέω. Sũt enim κυλάδες oculorũ ſinus. Theoc. ἀλλὰ κυλοιδιόωντες.
Κυλοπῆρα. ας. ἡ. locus ubi templum eſt & fons, ex quo mulieres potant ut cõcipiant, & facile pariant.

Κῦμα.ατος.τὸ.unda. ἀπὸ τοῦ κυεῖν. Interdum fœtus, germen. Plato pro riſu poſuit, quo loquentes interdum obruuntur, cum quippiam ridiculũ eis excidit. Bud. Com.
Κυμαίθα.ας.ἡ.nomẽ capræ apud Theocritum. παρὰ τὸ κύματα αἴθας ἔχειν, τοῦτ' ἐστι ξανθὰς, ἢ ἐγκάμων.
Κυμαίνομαι, &
Κυμαίνω.μ.ανῶ.π.γκα. redundo, inundo, æſtuo, ut κυμαίνειν τὴν θάλατταν, Lucia. Transfertur & ad alias res cõmotas & fluctuantes. Bud. Com.
Κύμανσις.εως.ἡ.fluctuatio.
Κυματία.ας.ἡ.illuuies. κυμάτια δὲ, χάλαι, ὑπεροχαί.
Κυματίας.ου.ὁ.undoſus, ut κυματίας ποταμός, fluuius undabundus, Herodo.
Κυματίζεσθαι. undis iactari & fluctuari.
Κυματίζειν, &
Κυματοῦν. idem quod κυμαίνειν, ταράττειν.
Κυματωγή.ῆς.ἡ. procella, unda, littus, ſummum littoris quod undis euerberatur, crepido littoris.
Κυμβεῖον. τὸ κύμβιον, pro poculo. Cæl. lib.2. ca.23.
Κυμβαλίζω.cymbala pulſo.
Κύμβαλον.ου.τὸ. cymbalum.
Κυμβατευτής.auceps.
Κύμβαχος.ου.ὁ.ſupinus, qui in caput ſaliens, crura leuat ſurrecta. Nam κύμβη caput dicitur. Accipitur & pro ſuprema parte galeæ. Cæl li.2.c.23.
Κύμβη.ης.ἡ.cymba, teſta, caput.
Κύμβιον, uel κυμβεῖον.ου.τὸ.cymbiũ, poculi genus ſimile nauigio, quod κύμβην uocant. κῦφον ἔκπωμα διὰ τὸ κυμβοφερὲς εἶν.
Κύμβος.ου.ὁ.fundus ollæ fictilis, κοῖλον ποτήριον· ρὶς, κοῖλος μυχὸς, βυθὸς καὶ κεραμίου πυθμήν. Eraſ. prouerb. Cumini ſector.
Κύμινδις.ιος.ἡ. aquilã, ſiue accipitrem

nocturnũ interpretãtur, quẽ & Plin. li.10. cymindin uocat, Homer. χαλκί δα, quaſi nigrã, καὶ χαλκίζουσαν τὴν χρόαν

Κύμινον. ου. τὸ. cyminum.

Κυμινοπρίστης. ου. ὁ. uenditor cumini, ſordidus. Eraſ. prouerb. Cumini ſector. Bud. Com.

Κυναβάρινον χρῶμα. rubricæ color.

Κυνάγχη. ας. ἡ. angina, cynanche. Cæl. lib. 2. ca. 33. & lib. 9. ca. 52.

Κυναγωγός. οῦ. canum ductor.

Κυνάδες. αἱ. Dorice pro κουραί, Theocr.

Κυνηδόν, aduerb. caninè, canum ritu.

Κυνάμος. impudens.

Κυνάριον. ου. τὸ. catellus.

Κυνάδης. ὁ. illiberalis, ſordidus.

Κυνάδρα. fons ex quo bibebant ſerui, qui manumittebantur.

Κυνάμυιος. ου. ὁ. ualde impudens, durus.

Κυναλώπηξ. Laconicus canis, uulpe & cane natus. Cæl. lib. 10. cap. 41. & Eraſ. Chil.

Κυνάμυια. ας. ἡ. κυνομυῖα. (tus.

Κυνάρος. cynara herba, aut cynosbatus.

Κυνόδαλος. clauus.

Κυνῆ. ꝓpriè canis æquatici pellis, ſicut παρδαλῆ, pardalis pellis. Ex ea anti qui uidentur effeciſſe capitis munimentum loco galeæ. unde pro galea quoq; paſsim accipitur.

Κυνέρος. robuſtus, ἄζαν@, ἰσχυρὸς, φοβερὸς, χαλεπός.

Κυνηλφέω. abſcondo.

Κυνέω. μ. ήσω. π. κκα. oſculor, oro. Accuſatiuo.

Κυνῆ. ῆς. ἡ. biretum, galerus, galea.

Κυνηγεσία. uenatio quæ fit per canes.

Κυνηγετέω μ. ήσω. π. κκα. uenor. Neutr. accuſ.

Κυνηγέτης. ου. ὁ. uenator.

Κυνηγετικός. οῦ uenatorius.

Κυνηγεσία ας. ἡ. uenatio.

Κυνηγέσιον. locus aptus uenationi.

Κυνηγέω. μ. ήσω. π. κκα. uenor, Neutr. accuſ.

Κυνηγία. ας. ἡ. uenatio.

Κυνηγός. οῦ. ὁ, ἡ. uenator, uenatrix.

Κυνηδόν. caninè, more canum.

Κυνθάνω. abſcondo, κυνηλφέω.

Κυνίδιον. ου. τὸ. catellus. (uere.

Κυνίζειν. cynicam exercere, cynice uiuere.

Κυνικιάω. μ. άσω. π. κκα. canem irrito. Neutr. accuſ.

Κυνικός. οῦ. ὁ. caninus, mordax, inuerecundus. Vnde Cynici philoſophi dicti ſunt, quòd canum ritu inuerecundi eſſent, & maximè liberè in hominum uitas inueherentur, qualis fuit Menippus apud Lucianum.

Κυνίζαι. uelitationes.

Κυνίσκοι. οἱ. piſces quidam.

Κυνισμός. οῦ. ὁ. cyniſmus, ſecta Cynicorum.

Κυνοβλῶπες. impudentes, caninè intuentes.

Κυνογλῶσσα. plantago minor.

Κυνοδέσμιον. ου. τὸ. uinculum præputij.

Κυνόδοντες. dentes canini. Sic dicti, quòd acuminati ſunt in formam dentium canis. Plin. li. 11. ca. 37.

Κυνοδρομεῖν. cum canibus currere.

Κυνοειδής. έος. ὁ, ἡ canino aſpectu.

Κυνοθαρσής. ὁ. impudens.

Κυνοκάρδαμον. nasturtium.

Κυνόκαυμα. τὸ. æſtus caniculæ.

Κυνοκέφαλος. ου. ὁ. caniceps.

Κυνοκοπήσω. percutiam, κυνέῳ δέρματι παίσω.

Κυνοκράμβη. ἡ. canina braſsica. (pi.

Κυνολέσχης. ου. ὁ. obſcœnus, ſermone turpi.

Κυνομαχεῖν. cum canibus pugnare.

Κυνομυῖα. ας. ἡ. muſca canina, quæ & Latine cynomyia dicitur. Ponitur pro ualde impudẽte. A cane & muſca, utroq; impudente, compoſita dictione. Cæl. lib. 9. ca. 52.

Κυνοπρόσωπος. ὁ. *canina facie.*

Κυνοραῖσαί. *muſcæ caninæ, quæ ſanguinem ab animalibus exugunt, ricini.* παρὰ τὸ ῥαίνειν τοὺς κύνας.

Κυνόσαργες. εος. τό. βάθρον, *fundamentũ,* gymnaſium, & *locus* Athenis *in quo nothi exercebãtur.* Vnde ἐς κυνόσαργες, *prouerbiali conuicio dicebatur, quemadmodum* ἐς κόρακας. Eraſm. Chil. & Bud. in Annot.

Κυνόσβατος. ου. ὁ. *frutex quidam, ſentes canis, caninus rubus.*

Κυνόσουρα. *cynoſura, urſa minor, quaſi canis cauda.* Huius primi obſeruatores Phœnices fuere, de quo Aratus.

Κυνόσωρα. *nullius pretij.*

Κυνουεία procella, *fluctus.*

Κυνοῦχος. ου. ὁ. pera, *lorum quo canis ligatur.*

Κυνοφθαλμίζομαι. *impudenter aſpicio.*

Κύντερος. ου. ὁ. *peior, fortior.*

Κυνώπης. ου. ὁ. *inuerecundus, qui canino eſt aſpectu.* Eraſ. Chil.

Κυνῶπις. ιδος. ἡ. *inuerecunda.*

Κύος. *fœtus,* κύημα.

Κυοφορεῖν. *ferre uterum, prægnantem eſſe,* ἐγκυμονεῖν.

Κυοφορῦμαι. *in utero geſtor.*

Κυπάζω. *milito.*

Κυπαρίσσινος. ου. ὁ. *cypreſſinus.*

Κυπάρισσος ου. ὁ. *pueri nomen.*

Κυπάρισσος. ου. ἡ. *cupreſſus arbor.* ἀπὸ τοῦ κύειν παρίσους τοὺς ἀκρεμόνας.

Κύπαρος. *uas cauum & capax, pudendi glans, pinus aut piceæ germen.*

Κυπάς. ἡ. *pallium, lecti ſtragulum.*

Κύπασσις. ιος. ὁ. *genus ornamenti muliebris, aut ueſtis.*

Κύπαιρον. ου. τό. & κύπειρος. ὁ. *cyperus herba, uulgo gladiolus.*

Κύπελλον. ου. τό. *poculum.* ὡς ὁ πυθὸς, ὃ ἐστιν οἶνος χεῖται. ἢ παρὰ τὸ ἐπὶ τὰ ἴσω κύφθην. Cal. lib. 15. ca. 6.

Κύπη. *foramen.*

Κυπριάζω. *floreo.*

Κυπρίζουσα. ης. ἡ. *florens.*

Κύπρινος. ου. *carinus piſcis fluuiatilis.*

Κύπρις. ιδος. ἡ. *Venus, pulchritudo.*

Κυπρογένεια. ας. ἡ. &

Κυπρογενής. έος. ἡ. *idem, ueluti in Cypro nata.*

Κύπρον. ου. τό. & ἡμίκυπρον, *genus menſuræ frumentariæ apud Alcæum.*

Κύπρος. *liguſtrum.*

Κυπτάζω. μ. άσω. π. ακα. κύπτω, *proſpicio, immineo, inſto, incũbo,* στραγγεύομαι, διατρίβω. *Ariſtoph. Nebul.* χώρει, τί κυπτάζεις ἔχων περὶ τὴν θύραν; *Neutr.*

Κυπτός. *flexus, inclinatus.*

Κύπτω. μ. ύψω. π. υφα. *inclino meipſum, inflecto, demitto oculos,* ἐπικάμπτομαι τῷ σώματι. *Interdum caput erigo, exero, Strabo. Actiu. accuſ.*

Κυρβασία. ας. ἡ. *caſsis, galea, tiara, criſta, pilei genus in coni ſpeciem educti. Bayſ. de re Veſt.*

Κύρβασις. *idem.*

Κύρβεις. οἱ. *tabulæ quadræ, in quibus leges apud Athenienſes deſcribebantur, et uariæ delinquentiũ mulctæ. Ita appellatæ* ἀπὸ τοῦ ἐκκορυφοῦσθαι, *quòd recte ſtabant atque ſublimes, quò omnibus eſſent conſpicuæ. Lucia.* ἄξονας *appellat. Nominatiuus eius ſingularis eſt* κύρβις. εως.

Κυρεία. ἡ. κυρία.

Κύρω, & κύρομαι, & κυρέω. μ. κύρσω. ἐντυγχάνω, *ſum, adipiſcor, incido, abſoluo, allido, propinquo.*

Κυρήβα. ης. ἡ. *Ceres.*

Κυρηβασία. *pugna quæ fit cornibus, concurſus cornutorum animantium.*

Κυρηβάω. μ. άσω. π. ακα. *pugno.*

Κυρήβια *furfures cum hordeo, paleæ.*

Κυρίλος. ου. ὁ. *halcyon maſculus.*

Κύρημα. ατος. τό. ſors, quod caſu accidit lucrum.

Κυρία. ας. ἡ. hera, domina. Interdum dicitur is locus cõcionis Athenis, ubi creabantur magiſtratus. Interdũ ad forũ refertur, & ponitur pro die legitimo & ſtato, uel die uadimonij. Vnde τὴν κυρίαν ἐγγράψαι, diem uadimonij in acta referre: κυρίας ἐπιούσης appetente die uadimonij: & κυρία γνῶσις, rata iudicis cognitio. Interdum extra forũ pro alijs diebus ſtatis ponitur, quemadmodũ ſolennia, & dies comitiorum Latinis, ut κυρία ἐκκλησία, concio, qua magiſtratus examinarentur, & de agrorũ munitiõe alijsq́ id genus rebus ageretur. Elegãter ponitur quoq; à Syneſio ad Theophi. pro die fati & mortis uadimonij. Similiter κυρίαι δόξαι propoſitiones dicuntur & axiomata rata & firma, cuiuſmodi erant quædam Epicuri. Bud. Com.

Κυριάζω. appello, ἀποκαλῶ.

Κυριακός. οῦ. ὁ. authenticus, dominicus.

Κυριβάζειν. pugnare, conuiciari.

Κυριβασία. ας. ἡ. pugna, propriè cũ bruta cornibus ſe mutuò laceſſunt. Alij κυρηβασία.

Κυριβάτης. ου. ὁ. procax, maledicus.

Κυρίβια. τά. furfures, paleæ.

Κυριεύω. μ. εύσω. π. ευκα. dominor, reduco in poteſtatem. Neutr. genit.

Κυρι άζειν, &

Κυρίζειν. cornu uerberare ſiue petere.

Κυριολεκτῶν. propriè ac diſtinctè loquens.

Κύριος. ου. ὁ. proprius, ut κύριος αὐτὸς ἑαυτοῦ, ſuæ iam tutelæ permiſſus. Item dominus, & qui aliquem habet in poteſtate, ut tutores aut curatores, ἐπίτροπος, ut κύριός εἰμι τούτου, pro, hoc eſt muneris & curationis meæ. Item authenticus, & qui authoritate aliqua præualet. Vnde τὰ κύρια τῆς πόλεως Demoſth. & Ariſtot. pro ijs, qui ſummã reip. tenent: & κύριος νόμος, lex rata & nõ abrogata, ut quæ uim & authoritatem obtineat. Sic etiam κύρια κριθέντα dicebantur, cum ad aliud maius iudiciũ prouocare non licebat. Κύριον quoq; dicitur præcipuum & antiquiſsimum, id eſt πλείστης ἐπιμελείας ἄξιον. Ariſtid. in Panat. καὶ δὴ πρὸς αὐτὰ τὰ κύρια τοῦ λόγου φέρομαι. Vnde τὰ κυριώτατα μέρη Galeno, pro principalibus membris, quæ etiam καίρια dicuntur. Bud. Com. Ex ijs omnibus rectè cõſtituetur una huius nominis ſignificatio, uni Chriſto cõpetens, ut qui ſolus Dominus omniũ poteſtatem teneat & gubernationẽ, quemq́; adorabunt omnes reges terræ, & timebunt, donec ſol & luna.

Κυριός. οῦ. ὁ. locus in Macedonia.

Κυριότης. ητος. ἡ. dominatio, dies in qua quæ ſtatuta fuerant, peraguntur.

Κυριόω. idem quod κυρόω.

Κύρις. Adonis, ſportula, funiculus.

Κυρίσσειν. idem quod κυρίζειν.

Κυρίτας. τούς. Quirites.

Κυρίττω. cornupeto, capto, στοχάζομαι. Bud. Com.

Κυρίως. propriè. (re.

Κυρκανᾶν. tumultuari, mouere, turbare

Κύρμα. ατος. τό. adeptio, inuentum, lucrum inſperatum.

Κύρνος. ου. ὁ. Corſica.

Κῦρος. εος. τό. authoritas, dominium, firmamentum, rata fides & probatio. Plato in Gorg. καὶ τὸ κῦρος αὐτοῖς διὰ νόμων ἐστί. Item caput & cardo alicuius rei, quod Plin. indicaturam appellat. Gal. in Therap. ἐν τούτῳ γὰρ ἐστι κῦρος τῆς διδασκαλίας. id eſt præcipuũ munus & præuertendum, perfectio.

Bud. Com.

Κῦρος.ου.ὁ. Cyrus.

Κυροῦμαι, &

Κυρόω.ῶ.ώσω.π.ωκα. authẽtico, ratum facio, firmo, conſtituo, ſuffragijs cõprobo, decerno. Bud. Com. Accuſ.

Κυρσανίους appellant Lacones, aduleſcentulos & homines nihili. ἀπὸ τοῦ κύρσου, quod uiliſsimi cuiuſdam oleris ſpecies eſt.

Κύρσας. incidens, προσκυρήσας.

Κυρταυχένα. τὸν. incuruiceruicem.

Κύρτη.ης.ἡ. cauea.

Κυρτίας.ου.ὁ. genus clypei.

Κυρτίδιον.ου.τὸ. quaſillus.

Κυρτίς.ίδος. fiſcella, qualus, cauea.

Κύρτος.ου.ὁ. uas piſcatorium.

Κυρτός.ῦ.ὁ. gibbo deformatus, curuus, altus, pars ſuperior, circunferentia.

Κυρτόω.ῶ.ώσω.π.ωκα. eleuo, curuo, attollo. Accuſ.

Κύρτωμα.τὸ camera, locus teſtudinatus & incuruus, quem Latini fornicem appellant.

Κύρτωσις.εως.ἡ. gibboſus, curuitas.

Κύρω. κυρόω.

Κύρωσις. idem quod κῦρος.

Κυρωτῆρες. principes.

Κυσανίζειν. congredi.

Κυσολαμπίς. noctiluca, cicindela.

Κύσσον. da oſculũ, oſculare. et κύσεν, oſculatus eſt.

Κυσθονίκλης. ſcortator, cynædus.

Κυσός. nates, muliebre pudendum.

Κύσσηρις.ἡ. pumex.

Κύστη.ης.ἡ. &

Κύστις.ιος.ἡ. μήτρα, uenter uſq; ad femora, urinæ receptaculum, ueſica, matula, et locus ſiue corium in quo quippiam includimus.

Κύταια. Cytæa, ut ſcribit Lycophron in Alex. urbs eſt Colchidis, ueneficis mulieribus plena, unde Cytæina carmina Propertio eleg. 1.

Κύτινοι. flores mali punici.

Κύτισος. cytiſus herba. Theocr. ἁ αἶξ τὸν κύτισον, ὁ λύκος τὰν αἶγα διώκει. id eſt, Capra cytiſum, lupus capellam ſequitur.

Κυτμίδες.αἱ emplaſtri genus, Lucian.

Κύτος.εος.τὸ. uas profundum, latitudo, cumulus, corium, fundum nauis. Sic etiam uocatur (ut ſcribit Pollux) os capitis uniuerſum. Latinè caluam & caluariam uocant. Ariſtoteles τριχωτὸν intelligit, id eſt, quod capillis integitur.

Κυτόω. corio tego.

Κύθρα, Dorice pro χύτρα. olla.

Κύτταρος.ου.ὁ. ſublimior cæli pars. Aliquando cauitates in fauis, et quibus inſident glandes. Et in piceis pani, ſeu paniculæ, aut nucamenta callo ſquamatim compactili. Theoph. in pinu ſtrobilia primum florentia hoc nomine appellat. Cæl. li. 1. cap. 11.

Κυτώνιος.ου.ὁ. Cotoneus.

Κύτωρος. Cytorus mons Paphlagoniæ buxifer, ut eſt Iliad. 2. & meminit Verg. 2. Georg.

Κυφαλέος. incuruus.

Κύφελλα. τὰ. nubes.

Κῦφι. aromatum compoſitio apud Aegyptios.

Κυφός.ῦ.ὁ. gibboſus, κυρτός.

Κῦφος.ου.ἡ. urbs Theſſaliæ.

Κύφων.ωνος.ὁ. genus ſupplicij, cataſta, lignum in quo uinciuntur nocentes. παρὰ τὸ κύπτειν. Accipitur aliquando pro furcifero, aut quouis maleſico. Eſt & ueſtis genus. Præterea baculi genus incuruati.

Κυφωνισμός.ῦ.ὁ. ſupplicium.

Κυψέλη.ης.ἡ. alueare, uaſis aut menſuræ ſpecies, ſex medimnos capiens. Cæl. li. 9. ca. 11.

Κυψελίς. ίδος. ἡ. ſordes aurium, quas aurium marmorata uocant Latini, alij cerumina. Cæl. ibidem.

Κύψελος. ὁ. cypſellus, hirundinum ſpecies. Pſellus τρωγλίτην uocat. dicuntur & ἄποδες. Cæl. ibidem.

Κυψελόβυστον. ου. τό. ſordibus coopertum.

Κύω. μ. ύσω. π. υκα. τό. κυνέω.

Κύων, κυνός. ὁ, ἡ. canis, canicula ſignum cæleſte eſt, canis marinus, mēbrum uirile, inferior præputij pars cuti adnata, impudens, morbus, furia, ſcintilla ferri attritu orta, iactus quidam teſſerarum, qui chius etiam nominatur.

Κυῶν. ῶντος. prægnans.

Κύντατος. præpotentiſſimus.

K Ω.

Κωάζω. impignero.

Κῶας. ατος. τό. pellis ouina.

Κώβαλος. uerſutus, πανοῦργος.

Κωβιός. οῦ. ὁ. gobius.

Κώδεια. ας. ἡ. caput papaueris. Vnde pro capite interdū apud poëtas ponitur, à ſimilitudine papauerum.

Κώδιξ. κος. ὁ. codex, χάρτης, charta.

Κώδιον. ου. τό. pellis cum uillis.

Κώδων. ωνος. ὁ. tintinnabulū, crepitaculum.

Κωδωνίζω. tinnio, crepitaculum ſono. Item exploro, periculum facio: tractum ab equis qui ſonitu tintinnabulorum explorari ſolebant, an generoſe ſtrepitus bellicos ferre poſſent: uel à uaſis, quorum integritatem tinnitu probamus.

Κωδωνοφόροι. οἱ. tintinnabula geſtātes, quos anteambulones atratos appellare poſſimus & ferales præcones, quales Pariſijs uicatim tintinnabulo atrati diſcurrunt funusq; indicant. Bud. in Annot.

Κώθων. ωνος. ὁ. inordinatus potus, ebrietas, poculum fictile, Laconicum & militare poculum. Eraſ. Chil.

Κωθωνίζειν, &

Κωθωνίζεσθαι, indecore laſciuire, cothonizare, ebrium eſſe, liberaliter potare. Eraſ. Chil. & Bud. Com.

Κωθωνισμός. οῦ. ὁ. ebrietas, liberalior potio & plenior.

Κῶιον. pignus, ueſtis.

Κωκάλια. τὰ. cocalia, ſpecies è teſta intectis, animalia communi nomine dicuntur, quæ teſta teguntur, ut conchylia, limaces.

Κωκύζω. μ. ύσω. π. υκα. lamentor. Neutr. abſol.

Κώκυμα. ατος. τό. ploratus.

Κωκυτός. οῦ. ὁ. luctus, ululatus, Cocytus fluuius infernalis.

Κωκύω. μ. ύσω. π. υκα. ploro, lugeo, lamentor, & uerbum fictitium ad uocem galli. Neutr. abſol.

Κωλακρέται. quæſtores & cuſtodes iudicialis pecuniæ, et ſumptuū in deos.

Κωλῆ. ἡ. anterior pars uictimæ.

Κωλεώ. ῶος. ἡ. tibia hominum, perna.

Κώληξ. κος. ὁ. os oſsis.

Κώληψ. πος. ὁ. &

Κωλία. poples, ſura, coxa, κῶλον.

Κωλιάς. άδος. ἡ. Venus, à loco Atticæ ubi illa colebatur.

Κωλίφιον. ου. τό. panis quo utebantur Athletæ: ἀπὸ τοῦ κώλου καὶ τοῦ ἶφι, id eſt robore membrorū. utitur Iuuenalis, Luctantur paucæ, comedunt coliphia paucæ.

Κῶλον. ου. τό. membrum, pēs, tibia, os oſſis, coxa cum crure, & craſsioris inteſtini pars, aluus. Item orationis pars duobus aut tribus inciſis conſtans. Et κῶλα, cadauera, ueneres in talis, pars ſcilicet tali, manus & pedes.

Κῶλος. ου. ὁ. culus, podex.

Κωλοτομέω. μ. ήσω. π. ηκα. mēbra incido.

Κώλυκον.ου.τὸ. ſacculus, arca.

Κώλυμα.ατος.τὸ. &

Κωλύμη.ης.ἡ. &

Κώλυσις. impedimentum.

Κωλυσίδειπνος.ου.ὁ. quondam dictus fuit qui cunctantius ſeriusque conuiuiũ rogatus accederet, quòd ſua mora impedimento eſſet, quo minus cœnaretur.

Κωλυσανέμας.ου.ὁ. uentorum prohibitor, uenti flatum inhibens, quo nomine dictus eſt Empedocles, ut ſcribit Laërt. Nam cum Agrigentini uento infeſtarẽtur uehementiore, illũ auertiſſe Empedocles dicitur, circũpoſitis urbi pellibus aſinorũ innumeris.

Κωλυτήριον.τὸ. propugnaculum.

Κωλύτης.ου.ὁ. prohibitor, uindex.

Κωλυτικός.οῦ.ὁ. prohibitiuus.

Κωλύω.μ.ύσω.π.υκα. prohibeo, ueto, infero triſtitiam. Actiu. accuſ.

Κωλώτης.ου.ὁ. &

Κάλωτος.ου.ὁ. ſtellio, lacertæ genus.

Κωλῶτις. Venus.

Κῶμα, ſyncopa, pro κοίμημα.ατος.τὸ. ſomnus, ueterni ſpecies.

Κωμάζω.μ.άσω.π.ακα. petulans ſum, ago petulãter & laſciuè, laſciuis ſaltionibus & carminibus indulgeo, comeſſationibus indulgeo, genialiter & cum luxu uiuo, procatum eo, iuuenũ amantium more cantilenis, ſaltationibus, muſicis inſtrumẽtis, cæteriſque iuuenilibus nugamentis laſciuio. Neutr. abſol.

Κωμαίνω.μ.νῶ.π.γκα. νυστάζω, dormiturio, appeto ſomnum.

Κωμάρχης, &

Κωμαρχός.οῦ.ὁ. uicorum præfectus, qui urbium imperio præeſt.

Κωμάσδω, Doricè pro κωμάζω.

Κωμαστὴς.οῦ.ὁ. ebrius, incontinens, procus, laſciuus, qui nocturnis, aut intempeſtiuis conuiuijs indulget, comeſſator.

Κωμάομαι. κωμάζω, μαγώω, conuiuor, laſciuio.

Κώμη.ης.ἡ. uilla, caſtellum, uicus, pagus.

Κωμηδόν. uicatim.

Κωμήτης.ου.ὁ. uicinus, γείτων.

Κωμῆτις.ιδος.ἡ. uicina.

Κώμιον. diminutiuum eſt à κώμη.

Κωμοπόλεις, ex κώμη & πόλις. uici maiores, quaſi æmuli oppidorum, oppidula ruſticana, quæ uel uici, uel oppida uideri poſſunt. Quidam municipia interpretantur.

Κῶμος.ου.ὁ. deus apud ueteres habitus, comeſſationum nocturnarumque ſaltationum præſes, in cuius militia authorabantur iuuenes, qui coronati noctu cum facibus muſicisque inſtrumentis, ad amicarum fores, ſaltandi cantandique gratia cõcurrebant, procaciterque laſciuiebant, adeò ut fores nonnunquam confringerent, atque irrumperent. Hinc κῶμον huiuſmodi iuuenum contubernium, procacitatem iuuenilem, ebrietatis et intemperantiæ feſtum κατὰ μετωνυμίαν appellamus, quale apud nos etiamnum ſub ineuntem quadrageſimam obſeruamus. Comum eleganter depingit Philoſtratus imagine tertia, περὶ κώμου. Hinc κωμάζω uerbum, & comeſſor, & comeſſatio apud Latinos teſte M. Varrone. Vnde etiam κραιπαλόκωμος uinolentorum hymnus, Ariſtoph. Ran.

Κωμύδριον. uilis quædam herbula.

Κώμυς.υθος.ἡ. θημὼν, faſciculus fœni, laurus, quæ boni ominis gratia ante fores locatur.

Κωμῳδέω.μ.ήσω.π.ηκα. reprehendo, obiurgo, mordeo, ſugillo, nominatim in

tim in comœdia perſtringo, tragicè pompam ago. Actiu. accuſ.

Κωμῳδία. ας. ἡ. comœdia, ut κωμῳδίαν διδάσκω, comœdiam edo, conſcribo & compono. Vnde

Κωμῳδοδιδάσκαλοι. poëtæ dicti ſunt. et

Κωμῳδοποιός. οῦ. ὁ. qui cauillis laceſsit aliquem.

Κωμῳδούμενος. comœdijs taxatus.

Κωμάδιον. ου. τὸ. uiculus.

Κωνᾷν. circumuertere, pice inungere.

Κόνδρον. ου. τὸ. fruſtum.

Κώνειον. ου. τὸ. cicuta, uenenum. παρὰ τὸ κωνᾷν, διὰ τὸν γινόμενον ἴλιγγον ἢ σκότον τοῖς πίνουσι.

Κωνιάζειν. letale uenenum bibere.

Κωνίας οἶνος. uinum picatum.

Κωνίς. hydria, urceolus.

Κωνοειδής. έος. ὁ. cono ſimilis, ut terra.

Κῶνος. ου. ὁ. conus galeæ. Item nux pinea, uel ipſa pinus. Aliquando placentæ genus ex uuis paſsis & amygdalis.

Κωνοφόρος. ου. ὁ. conifer, thyrſiger, quemadmodum conos & ſtrobilos in Bacchi ſacris mulieres geſtabant.

Κωνωπεῖον. ου. τὸ. conopeum, uelum ad arcendos culices. Horat. Interq́; ſigna turpe militaria Sol aſpicit conopeũ.

Κώνωψ. ωπος. ὁ. uel ἡ. culex.

Κόοι. οἱ. cauernæ, κοιλώματα, Strab. Vnde Iliad. α. φηρσὶν ὀρεσκόοισιν.

Κῶον. ου. τὸ. pignus, ueſtis.

Κῶος. εος. τὸ. pellis anguina, ſtragulum, & iactus teſſerarũ ſenarium ualens numerum.

Κῶος. ου. ὁ. Cous, ex inſula Co.

Κωπαΐς. ίδος. ἡ. anguilla in Eubœa, ut in Sicilia κλῶπα. Bœotij præcipuas τῶν κωπαΐδων dijs immolabant uictimarum ritu coronatas. Eſt etiam hoc nomine palus in Bœotia in qua ingentes anguillæ naſcuntur.

Κόπα. monile.

Κωπέαι. ῶν. ligna unde remi parantur.

Κώπη. ης. ἡ. à Copis inuentoribus, teſte Plin. Item anſa, manubrium gladij. Item molæ quaſi manubrium Luciano, quòd tanquàm remus agitatur in gyrum. Vnde in Aſino ait, ἐπιζευγνῦσί με τῇ κώπῃ τῆς μύλης.

Κωπήεις. ήεντος. ὁ. capulatus, anſatus.

Κωπηλατέω. ῶ. ήσω. π. ηκα. remigo. Lucian. de Ver. Nar. ἐρέσσοντες ἐκωπηλάτουν. Neutr. abſol.

Κωπηλάτης. ου. ὁ. remex.

Κωπήρης πλοῖον. nauigium quod remis agitur, actuariũ. Bayf. de re Nau.

Κωπητήρ. ῆρος. ὁ. ſcalamus remi.

Κωπία. τὰ. oſſa anguſtiora coſtarum.

Κῶπος. ου. ὁ. μεθ' ἐλοῦς παλμός, monile.

Κωπάδαι. οἱ. garruli. (ges.

Κωπωτήρια. τὰ. locus in naui iuxta remi

Κόρα. iniuria.

Κοράλιον. ου. τὸ. coralium.

Κῶρος, pro κοῦρος. ου. ὁ. puer.

Κωρυκαῖος. ου. ὁ. Corycæus, explorator. Eraſ. prouer. Corycæus auſcultauit.

Κωρύκιον. ου. τὸ. crumenula.

Κώρυκος. οῦ. ὁ. pera, caniſtrum, & mons Pamphiliæ.

Κῶς. ῶ. ἡ. Cos inſula. Legitur autem uariè, κόως, κόως, κοός, κίως, κῶς.

Κῶστος. ου. ὁ. coſtus.

Κωτίλη. ης. ἡ. hirundo.

Κωτίλλω. μ. ιλῶ. π. ιλκα. multa loquor, garrio. Neutr abſol.

Κώτιλος. loquax, garrulus.

Κωφάομαι. obmuteſco, ſurdeſco. Depon. abſol.

Κωφᾶν. decipere, lædere, impedire, mutilare. (re.

Κωφᾶν, pro κηφοῦν. eleuare, quieſce-

Κωφήν. ῆνος. ὁ. Cophen fluuius.

Κωφίας. ſerpentis genus, alio nomine τυφλίας.

Κωφός. ȣ̃. ὁ. βεβλαμμένος τὴν ἀκοὴν, id eſt proco, cui auditus eſt uitiatus, hoc eſt muto, propterea fortaſsis, quòd qui natura ſurdi ſunt, ijdem & muti ſint oportet. Item ſtolidus, ſtupidus. Homerus κῦμα κωφὸν, appellat, id eſt nullum ſtrepitum edens & quietum.

Κώφωσις. εως. ἡ. ſurditas.

Κωχεύω. μ. εύσω. π. ευκα. coĕo.

Λ.



Λ'. particula nihil per ſe ſignificãs, ſed in cõpoſitione dictionibus uehemẽtiam affert.

Λάας. αος. & λάαος, & λᾶς λάος Theod. 2. & λάας. ȣ. άα. ὁ. lapis.

Λαβδακισμός. ȣ̃. ὁ. orationis uitium qua l crebro repetitur, ut ſol et luna luce lucere. Capel. lib. 5.

Λαβή. ῆς. ἡ. anſa, prehenſio, manubriũ, cauſa, occaſio.

Λάβη. ης. ἡ. excuſatio.

Λαβίδιον. forcipicula.

Λαβινᾶται. οἱ. Laurentes populi.

Λάβιον. τὸ. manubriũ, diminut. à λάβη.

Λαβίς. fibula.

Λαβραγόρης. ȣ. ὁ. præſumptuoſe loquens, intempeſtiuiter loquens.

Λαβράζω. procax & temerarius ſum.

Λάβραξ. ακος. ὁ. lupus piſcis, labrax, quo & Plautus utitur.

Λαβρεύομαι. μ. εύσομαι. π. ευμαι. præſumptuoſe, aut turbatè, aut immodeſtè, & arroganter loquor. Depon. abſol.

Λάβρυς. ἡ. Lydorum lingua ſecuris dicitur. Vnde apud Cares Iouis λαβραδέως ſtatua eſt, manu ſecurim tenẽs.

Λαβρολογῶ. λαβρεύομαι.

Λαβρός. οῦ. ὁ. abundans.

Λάβρος. ȣ. ὁ. immediocris, uehemens, impetuoſus, procax, audax, turbatus, inſaniens.

Λαβροστομία. loquacitas.

Λαβροσύνη. procacitas.

Λαβροφαγοῦντες. οἱ. edaces.

Λάβρως. incontinenter.

Λαβρώνιον, & λαβρώνιος. poculi ſpecies.

Λαβύρινθος. ȣ. ὁ. labyrinthus.

Λαβυρινθώδης. εος. ὁ, ἡ. tortuoſus.

Λάγανα. τὰ. lagana, placentæ.

Λαγαρίζω. fodio.

Λαγαρός. οῦ. ὁ. uacuus.

Λαγάζω. pigreſco.

Λαγγάω. fugio, ἀποδιδράσκω.

Λαγγὼν. mercator.

Λαγέτας. dux populi.

Λάγηνος. ȣ. ὁ. lagena.

Λαγηρῶσαι. congelaſcere.

Λαγῆς. libidinoſus.

Λάγια, &

Λαγίδια. τὰ. &

Λαγιδεῖς. οἱ. catuli leporum.

Λαγίναρχος. uino præfectus.

Λαγνεία. ας. ἡ. luxuria, libido, ſcortatio, ſalacitas.

Λάγνης. ȣ. ὁ. & λάγνιος, uel λάγνος. ȣ. ὁ. mollis, effœminatus, libidinoſus, laſciuus.

Λάγυνον. τὸ. menſura continens heminas, ſiue cotylas duodecim.

Λαγχάνω. ſortior, ut λαγχάνει βουλὴν ἀποκύαμος, id eſt deſignatur ſenator, & in curiã coaptatur, Demoſth. Et λαγχάνειν δίκην, pro ſortiri iudicium, dictare iudicium, uel etiam ſubſcribere, apud eundẽ. Sortes aũt à iudicibus ducebantur, & quæ prima dica ex urna exierat, prima agebatur. à quo more deductum eſt uerbum. Bud. in Annot. & Com.

Λαγῶα. τὰ. carnes leporinæ, deliciæ.

Λαγώβολον. ȣ. τὸ. pedũ, λαγωβολεῖον, quo lepores capiuntur.

Λαγὼν. όνος. ὁ. ile, latus, uterus, lum-

bus, ſciſſura uel hiatus terræ.

Λαγάνδα. λαγῶα.

Λαγονόπονος. ου. ὁ. iliorum dolor.

Λαγωός. οῦ. ὁ. erinacius, lepus terreſtris, & marinus. Ex λα compoſitum intenſiua particula, & οὖς ὠτὸς.

Λαγώπους. pes leporinus, nomen herbæ.

Λαγώς. ῶ. ὁ. λαγωὸς.

Λαγωφόνος ἀετός. aquila leporaria.

Λάδανον. pinguedo quæ exit ex herba ladone, & adhæret uelleribus caprarum, quod detrahentes in uſum medicinæ ſeruant.

Λάδας. ceruus, hinnulus.

Λάδαν. ladon, fruticis genus.

Λάκε. ſtrepuit, inſonuit.

Λάαν. uidere.

Λάζομαι. μ. ἄσομαι. π. ασμαι. &

Λάζυμαι. capio, ſumo.

Λάζω. laſciuio nimia pabuli ubertate.

Λαζών. arrogans.

Λαθαργός. οῦ. ὁ. uermis quidam, & canis latenter mordens, ramentum corij.

Λαθητικός. οῦ. latens. (ras.

Λαθικηδής. έος. ὁ, ἡ. faciens obliuiſci cu-

Λαθίπονος. ου. ὁ. abſcondens laborem.

Λαθίφθογγος. ου. ὁ. faciens obliuiſci uocẽ.

Λάθος. obliuio, negligentia.

Λάθρα. clam, κρυφίως, ἠρέμα, clanculum, occulte.

Λαθραῖος. ου. ὁ. occultus.

Λαθραίως. λάθρα.

Λαθρηδίως. celeriter.

Λαθρηδόν. λαθραίως. (tu natus.

Λαθρημαῖος. ου. ὁ. ſpurius, illegitimo coi-

Λάθριος. ου. ὁ. clandeſtinus.

Λαθεῖν. lædere.

Λάθυρον. ου. τὸ. &

Λάθυρος. ου. ἡ. cicercula.

Λαῖα. inſtrumentum quo utuntur mulieres in ſtamine texendo.

Λαίγγες. lapilli. (ſtiua.

Λαιδάκιον. τὸ. lacerna, penula, ueſtis æ-

Λαίδιον. ſiniſter.

Λαιδρός. οῦ. ὁ. impetuoſus, temerarius, ſiniſter, uelox, impudens.

Λαίθαργος. canis latenter mordens.

Λαιθυράζω. irrideo, χλευάζω.

Λαικάζω. decipio, ſcortor.

Λαικαστής. ὁ. ſcortum, cinædus.

Λαικάστρια. ἡ. meretrix, ab indecoro ornatu. nam λα intendit, & κάζειν ornare eſt. (nimbus.

Λαίλαψ. απος. ὁ. turbo uenti, procella,

Λαῖμα. τὸ. αἷμα, ὅρμημα, ſacra uictima.

Λαιμάζω, &

Λαιμάω. λαιμάσσω, intemperanter & immodicè comedo.

Λαιμαργία. ας. ἡ. ingluuies.

Λαίμαργος. ου. ὁ. heluo, gluto, μανιώδης.

Λαιμοπέδη. ης. ἡ. collare canis.

Λαιμός. οῦ. ὁ. guttur. (perauit.

Λαιμοδομήσας ἑαυτὸν. qui ſibi gulã tem-

Λαιμυδῶ. aufugio.

Λαιμάρη. ἡ. λαμυρίς.

Λαῖνα. læna ueſtis, id eſt ſagum uilloſum. Strabo lib. 5.

Λαῖνος. ſiniſter, durus, terra frumento

Λάϊνος. ου. ὁ. lapideus. (conſita.

Λάϊγξ. γος. ὁ. lapillus, petra.

Λαῖον. ſeges, pro λήϊον.

Λαιός. οῦ. ὁ. ſiniſter, læuus.

Λάϊος. ου. ὁ. Laius. (pro λήϊον.

Λαιοτομεῖν. ſegetes demetere. à λαῖον,

Ὁμοδοξεῖν. eiuſdem eſſe opinionis.

Ὁμοδοξία. ας. ἡ. ἰσοτιμία. (nionis.

Ὁμόδοξος. ου. ὁ, ἡ. ἰσότιμος, eiuſdem opi

Ὁμόδουλος. ου. ὁ. conſeruus.

Ὁμοδρομῶ. concurro, competo.

Ὁμοεθνής. έος. ὁ, ἡ. gentilis, id eſt eiuſdem generis. (formis.

Ὁμοειδής. έος. ὁ, ἡ. eiuſdem ſpeciei, uni-

Ὁμοερκής. έος. ὁ. qui iiſdem parietibus detinetur.

Ὁμοζυγέω. ſimul cum alio iugum duco.

Ὁμόζυγος. ου. ἡ. coniunx.

Ὁμόζυξ. alter equus in iugo, ſimilis, & eiuſdem notæ.

Ὁμοήθης. ὁ. ὁμότροπος, eiuſdem ingenij, eorundem morum, conterraneus.

Ὁμόθεν. ſimul, ex propinquo.

Ὁμοθυμαδόν. unanimiter.

Ὁμόθυμος. ου. ὁ. unanimis.

Ὁμοῖιος. omnibus æquè moleſtus & grauis. Ponitur & pro ὅμοιος.

Ὁμοιόβιος, &

Ὁμοιόβιοτος. ου. ſimilis in uictu.

Ὁμοιογένεια. ἡ. genitura ſimilis.

Ὁμοιογενής, cognatus.

Ὁμοιομέρεια. ἡ. æqualitas particularũ.

Ὁμοιομέρειαι. ſimilaritates.

Ὁμοιομερής. έος. ὁ, ἡ. ſimilaris, cuius pars eandem rationem, atq; idem nomen cum toto obtinet.

Ὅμοιον ὡς. perinde atq;.

Ὁμοιοπάθεια. figura eſt uel uirtus oratoria, à ſimilitudine affectuum ducta, ut, Fuit & tibi talis Anchiſes genitor. Macrob. li. 4. ca. 6.

Ὁμοιοπαθεῖν. ſimiliter affici.

Ὁμοιοπαθής. έος. ὁ, ἡ. ſimiliter affectus, ſimilibus affectibus obnoxius.

Ὁμοιοπροσωπῶ. ſum eiuſdem perſonæ.

Ὁμοιόπτερα. uolatilibus ſimilia.

Ὁμοιόπτωτον. homœoptoton, figura eſt quando multi caſus ſimiliter deſinunt. ab ὅμοιος, & πτῶσις.

Ὅμοιος. ου. ὁ. ſimilis. Attici ὁμοῖος dicunt penul. circunflexa, ut illud Homeri, ὡς αἰεὶ τὸν ὁμοῖον ἄγει θεὸς ὡς τὸν ὁμοῖον. Ἐπὶ ἴσῃ καὶ ὁμοίᾳ, & ἐπὶ τοῖς ἴσοις καὶ ὁμοίοις, æquali conditione, æquis conditionibus. Dicimus autẽ ὅμοιος τινὶ

ὄψιν, uel ὅμοιος τὴν ὄψιν. Bud. Com.

Ὅμοιος ἦν ἔχοντι. habere uidebatur.

Ὁμοιόσημος. ου. ὁ. eiuſdẽ ſignificationis.

Ὁμοιοσχήμονες. οἱ. conformes.

Ὁμοιοσχημονῶ. eundem habitum ſeruo.

Ὁμοιόσκευος. eodẽ cultu utens et habitu

Ὁμοιόστομος. ου. ὁ. phalanx à ſimilitudine oris ſeu frontis nominata, quam ſimilicipitem uocat Gaza in Aeliano.

Ὁμοιοσύντακτος. eiuſdẽ conſtructionis.

Ὁμοιοταχθῆναι. eodem uel ſimili ordine ſtrui.

Ὁμοιοτάττω. coordino, conſtruo, ſimiliter ordino.

Ὁμοιοτέλευτον. τό. homœoteleuton, figura quædam, quando multæ dictiones diuerſorum caſuũ ſimiliter finiunt.

Ὁμοιότης. ητος. ἡ. ſimilitudo.

Ὁμοιότροπα. τά. moribus ſimilia.

Ὁμοιοτροπία. ας. ἡ. ſimilitudo morum.

Ὁμοιόω. μ. ώσω. π. ωκα. aſsimilo. Actiu. accuſ.

Ὅμοιρος. par. (Com.

Ὁμοίως τοῖς μάλιστα. ut qui maximè. Bud.

Ὁμοίωμα. ατος. τό. &

Ὁμοίωσις. εως. ἡ. ſimilitudo, μίμημα.

Ὁμοκλάω, uel ὁμοκλέω. μ. ήσω. π. ηκα. minor, ſimul uoco, gemo, ſimul abeo. Neutr. dat. iung.

Ὁμοκλή. ῆς. ἡ. uociferatio, minæ.

Ὁμοκλεί. uno clamore.

Ὁμοκλητήρ. ῆρος. ὁ. minator, iuſſor importunus.

Ὁμόλεκτροι. οἱ. maritus & uxor, qui eodem lecto utuntur.

Ὁμολοβρός. turpis, impudens.

Ὁμολογέομαι. μ. ήσομαι. π. ημαι. confiteor. Et ὁμολογεῖται, conſentaneum eſt, conuenit, congruit. Depon.

Ὁμολογέω. μ. ήσω. π. ηκα. ſpondeo, id eſt roganti promitto, & auctor fio, confiteor, aſſentior, permitto, concedo, profiteor, paciſcor, ut ὁμολογεῖν μισθόν, paciſci mercedem. Bud. Com.

Ὁμολόγημα, Platoni eſt quod inter diſſerentes conuenit.

Ὁμολογία. ας. ἡ. cõfeſsio, pactum, aſſenſus, conuenientia, conditio.

Ὁμολογούμενον. certũ, indubitatum, confeſſum, legitimum. huic opponitur ἀμφισβητούμενον.

Ὁμολογουμένως. indubiè, ſine controuerſia, planè.

Ὁμολόγως. concorditer.

Ὁμολωΐδες. portæ Thebarum, ab Homoloide filia Niobes dictæ ſunt.

Ὁμομήτριος. ου. ὁ. &

Ὁμομήτωρ. ορος. eadem matre natus.

Ὁμόν. in eodem, ſimile, unà. (tuis.

Ὁμόμοιρος. paris conditionis cum mor-

Ὁμονίδιος. uterinus frater.

Ὁμονοέω. μ. ήσω. π. ηκα. conſentio, concordo. Neutr. datiuo iung.

Ὁμονοητικός. οῦ. ὁ. concors.

Ὁμόνοια. ας. ἡ. concordia, conſenſus.

Ὁμόνομος. iiſdem paſcuis utens.

Ὁμόνους. οος. ὁ. concors, conſentaneus. ab ὁμὸς, & νοῦς.

Ὁμονοῦται. pacatæ, concordes.

Ὁμοούσιος. ου. conſubſtantialis, eiuſdem eſſentiæ. ab ὁμὸς & οὐσία.

Ὁμόπαγοι. οἱ. qui ſunt eiuſdem pagi.

Ὁμοπαθής. έος. ὁ, ἡ. ſimul patiens.

Ὁμόπαις. αιδος. ὁ. gemellus.

Ὁμοπατρίας. ου. &

Ὁμοπάτριος. ου. ὁ, ἡ. &

Ὁμοπάτωρ. ορος. ὁ. eodem patre genitus, conſanguineus frater. Latini germanum uocant.

Ὁμόπλοια. ἡ. ſocietas nauigandi.

Ὁμόπολις. qui eſt eiuſdem urbis.

Ὁμόπτερος. eiuſdem coloris atq; ætatis, quaſi dicas earundem pennarum.

Ὁμοπτώτως. eiuſdem caſus.

Ὁμορροθεῖν. iter facere, ſequi.

Ὄμορξα. ατος. τό. macula, labes.

Ὁμόργνυμι. μ. ξω. π. οχα. abſtergo. Acti. accuſatiuo.

Ὁμορέω. μ. ήσω. π. κκα. cõterminus ſum. Neutr. datiuo iung.

Ὅμορος. ου. ὁ, ἡ. conterminus, confinis, ſibi ipſi particeps, finitimus. ab ὁμοῦ & ὅρος.

Ὁμοῤῥοῦν. confluuium.

Ὁμοῤῥοθῶ. ſimul remigo, auxilior, idem ſentio.

Ὁμόῤῥοια. confluxus, congregatio.

Ὁμοῤῥόφιος. contubernalis, tecti eiuſdem cohabitator.

Ὁμός. οῦ. ὁ. unus, ſimilis.

Ὁμόσε. ſimul, propè, contrà, eodẽ loco.

Ὁμόσε φέρεσθαι. aggredi, manum conſerere, graſſari in aliquem.

Ὁμόσιτος. ου. ὁ. cõuictor, ſimul educatus, contubernalis, qui unà ueſcitur.

Ὁμόσκευος. ου. ſimilis genere armorum.

Ὁμοσκηνία. ας. ἡ. contubernium.

Ὁμοσκηνῶ. cõtubernalis ſum in militia

Ὁμόσπορος. ου. ὁ. ſimul ſeminatus & natus.

Ὁμόσπονδος. ου. ὁ. amicus, ſodalis, eiuſdem ſacri & fœderis.

Ὁμόστεγοι. οἱ. contubernales, ſub eodem tecto.

Ὁμοστιχάω. μ. ήσω. π. ηκα. ſimul procedo. Neutr. abſol.

Ὁμόστολος. ſimul miſſus, eiuſdem uiæ, conueniens.

Ὁμόσφυρος. comes itineris, frater.

Ὁμοτελεῖς. οἱ. qui idem tributũ pendũt.

Ὁμότεχνος. ὁ. ἡ. eiuſdem artis opifex, artificij ſocius.

Ὁμοτεχνῶ. eiuſdem artis profeſſor ſum.

Ὁμότιμος. ου. ὁ. paris honoris, eiuſdem conditionis & ſortis.

Ὁμότιτθος. ὁ. qui eadem uſus eſt cum altero nutrice.

Ὁμοτράπεζος. ὁ cõmenſalis, conuictor.

Ὁμότριχος. eiuſdem pili, eiuſdẽ coloris.

Ὁμότροφος. ſimul educatus.

Ὁμότροπος. ου. ὁ, ἡ. eiuſdem moris.

Ὁμοῦ. ſimul, unà cum.

Ὁμουπόστατος, &

Ὁμοούσιος. ου. ὁ. eiuſdem eſſentiæ.

Ὁμοῦτι. fermè, ſimul.

Ὁμοφρονέω. μ. ήσω. π. κκα. ὁμονοέω, eiuſdem ſum ſententiæ, conſpiro. Neutr. datiuo iung.

Ὁμοφροσύνη. ης. ἡ. concordia, amor legitimus.

Ὁμόφρων. ονος. ὁ, ἡ. eiuſdem animi & ſententiæ.

Ὁμοφυής. έος. ὁ. ſimul natus.

Ὁμόφυλος. ου. ὁ, ἡ. eiuſdem generis & tribus, eiuſdem generis homo.

Ὁμοφωνέω. μ. ήσω. π. κκα. concordo in uerbis. Neutr. abſol.

Ὁμόφωνος. ου. ὁ, ἡ. cõcors, eiuſdẽ linguæ.

Ὁμοχοινικοί. accipitur pro ijs qui eidem aſsident menſæ.

Ὁμόχροια. coloris ſimilitudo.

Ὁμόχρονος. coætaneus.

Ὁμόχροος. ου. ὁ, ἡ. concolor.

Ὁμόψηφος. ου. ὁ. qui uno eodem animo aliquid decernit, eiuſdẽ ſententiæ, qui idem ius ſuffragij habet.

Ὁμόψυχος. ου. ὁ, ἡ. unanimis, concors.

Ὁμοψύχως. unanimiter.

Ὀμόω. μ. όσω. π. κκα. iuro. Neutr. accuſ.

Ὄμπναι. αἱ. fruges melle maceratæ.

Ὄμπνιος. frumentarius, cerealis.

Ὀμπνιόχειρ. diues.

Ὄμπνιον. magnum, multum, auctum.

Ὄμπνια. Ceres, φόριμος, non ab ὀμφαλός, qui eſt umbilicus, ſed ab ὄμπναι, quæ ſunt triticum melle rigatum. Vnde Callimach. Ἐν δὲ θεοῖσιν ἐπὶ φλογὶ καύημεν ὄμπνας. Ὄμπνια χεὶρ, pro ὀμπνιόχειρ. Ὄμπνια νεφέλη, pro magna & auctiore nube.

Ὄμπναι. Cereales fructus, ut qui ſpirandi cauſa ſint. ἀπὸ τοῦ πνεῖν.

Ὀμόνις. ιδος. ἡ. uagina.

Ὀμφαὶ τρίποδος. ſortes tripodis.

Ὀμφακίας. ου. ὁ. crudus, acerbus.

Ὀμφακίζω. in acerbum uergo, tollo omphacas, rem uilem furor.

Ὀμφάκιον ἔλαιον. oleum quod ex oleis immaturis fit.

Ὀμφακίτις. ιδος. ἡ. fructus aliquis ex quercu.

Ὀμφαλοτομία. umbilici ſectio.

Ὀμφαλητόμος. obſtetrix.

Ὀμφάλιον. ου. τὸ. clypei umbilicus.

Ὀμφαλιστήρ. ῆρος. ὁ. ferrum quo umbilici præſecantur.

Ὀμφαλόεις. εντος. ὁ. umbilicatus, rotundus, ut ἀσπίδες ὀμφαλόεσσαι, Homer. Apud Nicandrum ἄρκτος, ſiue urſa ὀμφαλόεσσα uocatur, uel quòd in umbilico poli borealis ſit conſtituta, uel quòd fœcunda ſit & nutricia, ab ὀμφαλός. nam cuncta animantia quæ umbilicum habent, per umbilicum augentur. Sunt qui ὀμφαλόεσσαν Creticā exponant, à Cretæ loco quodam ὀμφαλὸς appellato.

Ὀμφαλός. οῦ. ὁ. umbilicus. παρὰ τὸ ὀμπνεῖν, ὅ ἐστιν ἀναπνεῖν. δι' αὐτοῦ γὰρ τὸ ἔμβρυον ἀναπνεῖ καὶ τρέφεται. Item clauſura libri. Ariſtot. accipit pro poris & meatibus in partu & generatione piſcium. Appellat ita etiam imum fici. Eſt item ὀμφαλός ſiue ὀμφάλιον Cretæ locus. unde Callimachus, πέσεν δ' ἄρ' ὁ δαίμων ἀπ' ὀμφαλέ. Ab eo loco ὀμφαλίτης gentile nomē eſt. Item Theſſaliæ quoq; quidam locus ὀμφαλός eſt. Vtimur eadē uoce in re militari Nam phalangis partes κέρατα, id eſt cornua uocātur, ſed ſiniſtrum cornu οὐρὰ ſiue pes dicitur, dextrum uerò caput, quà autem longitudo ſecatur, oris & τοῦ ὀμφαλοῦ nomine intelligitur. Cæl. lib 8. cap. 42.

Ὀμφαλοτόμος. ου. ὁ. obſtetrix quæ umbilicum infantibus præcidit.

Ὀμφαλώδης. εος. ὁ, ἡ. umbilicaris, ut ita dicam ad umbilicum pertinens.

Ὀμφάλωτος. ου. ὁ. umbilicatus.

Ὄμφαξ. κος. ἡ. uua acerba & immatura. ἀπὸ τοῦ ὠμῶς φαγεῖν. πᾶν τὸ αὐστηρὸν, καὶ ὄξυνον.

Ὀμφή. ῆς. ἡ. uxor, ſors, diuina uox, uaticinium, odor, ſomniorum uiſio.

Ὀμφαίνειν. augere, honeſtare.

Ὁμοθεῖν, pro ὁμοιοῦσθαι, conuenire, aſſimilari.

Ὁμώλακες. οἱ. uicini, propinqui. nam ὦλαξ Doricum eſt pro αὖλαξ.

Ὁμωνυμία. ας. ἡ. cognominatio, id eſt eiuſdem nominis appellatio, æquiuocatio.

Ὁμώνυμος. ου. cognominis, id eſt eiuſdem nominis exiſtens. unde homonymum Latinè dicimus nomen multa ſignificans.

Ὁμωρόφιος. ου. ὁ. domeſticus, ſub eodem tecto commorans.

Ὅμως. tamen. Vnde ὅμως δ' οὖν, & ὅμως μέντοι, ὅμως μὲν οὖν, uel ὅμως μὲν pro eodem ferè accipiuntur, id eſt tamen, attamen, at certe.

Ὁμῶς. ſimul, ſimiliter, ὁμοίως.

Ὁμωχέται θεοί. dij eiuſdem templi atque tecti.

O N.

Ὄν, ὄντος, τό. ens, exiſtens. Accipitur pro cum liceat, ſicut ἐξόν.

Ὅν. quem, ſuum. τὸν ἑαυτοῦ, αὐτόν.

Ὃν τρόπον. quomodo,

Ὀναγός. οῦ. ὁ. aſinarius.

Ὄναγρα. ἡ. onagra herba.

Ὀναγρόβατα. τά. paſcendis aſinis apta.

Ὄναγρος. ου. ὁ. onager, id eſt aſinus ſylueſter.

Ὄνασθαι. frui, ἀπολαῦσαι ὠφεληθῆναι, ut ὄναιο σὺ ταύτης πολυμαθίας, macte eſto iſta eruditione, proficiat tibi huius

huius eruditionis gratia. Aliquando non approbantis eſt, ſed abominantis, ut Latinis fruere, tibi habe.

Ὄναιον. *potius, melius.*

Ὄναρ, *aduerb. in ſomnis, per ſomnium,* καθ' ὕπνους.

Ὄναρ, τοῦ ὀνείατος. *inſomnium, ſomnium.*

Ὀνάριον. τὸ. *aſellus.*

Ὀνασεῖ. *iuuabit.*

Ὀνατικός. οῦ. *uiſualis.*

Ὀνέα. *aſini pellis.*

Ὄνειαρ. ατος. τὸ. *utilitas, cibus (cibo enim reficiuntur corporis uires, eiusq́ iuuat imbecillitatem) auxilium, ſomnium, donum.*

Ὀνειδίζω. μ. ίσω. π. ικα. *impropero, obijcio, maledico, conuiciando exprobro. Actiu. accuſ. cum datiuo.*

Ὀνείδειος. ου. ὁ, ἡ. *improperabilis, uituperabilis.* & ὀνειδίοις *per eclipſim* τοῖς ἔπεσιν.

Ὀνειδισμός. οῦ. ὁ. *exprobratio.*

Ὀνειδιστὴς ἀγαθῶν ἐργασμάτων. *exprobrator beneficiorum.*

Ὀνειδιστικός. οῦ. ὁ. *contumelioſus.*

Ὀνείδιστος. ου. ὁ. *probroſus.*

Ὄνειδος. εος. τὸ. *improperium, opprobrium, probrum, dedecus.*

Ὀνεῖον. *ſtabulum aſinorum, ſed* ὄνειον *Corinthi mons eſt.*

Ὄνειος. ου. ὁ. *aſininus.*

Ὀνειράτων. τῶν. *ſomniorum, Herodia.*

Ὀνειρογόνος. ου. ὁ. *fluxus ſeminis in ſomnis.*

Ὀνειροκρίτης. ου. ὁ. &

Ὀνειροκριτικός. ὁ. *interpres ſomniorum, coniector.* Ὀνειροκριτικοὶ *etiam ſunt libri cõſcripti de arte ſomnia interpretandi.*

Ὄνειρον. ου. τὸ. *ſomnium.*

Ὀνειρόπληκτος. *ſomnio territus, ſomniorum interpres.*

Ὀνειροπολέω. μ. ήσω. π. ηκα. *ſomnio, in ſomnis uideo, uana ſpe ducor. Vide in* ὀνειρώττω.

Ὀνειροπόλος. ου. ὁ. *coniector, qui ab alijs uiſa coniectanter diſcutit, uelut Penelopes ſomnia Vlyſſes. Eſt etiam qui ipſe ſomniat ac prædicat inde, ſicut Agamemnon Iliad. β.*

Ὄνειρος. ου. ὁ. *ſomnus, etiam ſomnium, authore Macrobio.*

Ὀνειρωγμός. οῦ. ὁ. *ſomnium turbulentum, potiſsimum cum uenerea imaginatione.*

Ὀνείρωξις. εως. ἡ. *ſomnium,* ἡ τῶν ὀνειράτων δεῖξις.

Ὀνειρώττω. μ. ώξω. π. ωχα. *ſomnio, ſtimulor imaginibus libidinis nocturnis. Interpres Ariſtophan. ita diſtinguit ab* ὀνειροπολῶ, *ut* ὀνειρώττω *ſit genituram per inſomnia emittere, id quod accidere ſolet ijs, qui amoribus uacant.* ὀνειροπολῶ *uerò ſit uiſum in ſomnis uidere, atq; ſomniare. Neutr.*

Ὀνίνω. *moueo,* περιάγω. *(abſol.*

Ὀνίω. μ. ήσω. π. ηκα. *iuuo, proſum. Acti.*

Ὀνηγήσιος. ὀνηλάτης.

Ὀνήϊστον. *utile,* ὠφελιμώτερον.

Ὀνηλάτης. ου. ὁ. *agaſo, aſinarius.*

Ὀνίνημι. μ. ήσω. π. ηκα. *iuuo,* ἀπολαύω, ὠφελῶ. *Vnde* ὄνησαι, *fruere.* & ὀνήσεαι, *iuuaberis, potieris potius quàm frueris, teſte Valla. Dicimus* & ὀναίμην & ὀνάμην, *in optatiuo.*

Ὀνησίδωρα. τὰ. *benefica. terræ epithetõ.*

Ὀνήσιμος. ου. ὁ. *utilis,* ὠφέλιμος.

Ὄνησις. εως. ἡ. *iuuamen, utilitas.* τίς δὲ ὄνησις, *Quid intereſt.*

Ὀνησιφόρως. *adiuuandum, aduerb.*

Ὀνῖτις. ιδος. ἡ. *ſpecies origani.*

Ὀνοτός. *uituperabilis.*

Ὀνήτωρ. *utilitatem capiens.*

Ὀνθυλεύω. μ. εύσω. π. ευκα. *deturpo, dehoneſto. Actiu. accuſ.*

Ὄνθος. ου. ὁ. *fimus, proprie boũ,* βόλβιτον.

Ὀνιᾶα, &

Ὀνίδες, uel ὀνίδια. fimus aſini, uel equi.

Ὀνίδιον aſellus.

Ὀνικός. ἡ. ὁ. aſinarius, id eſt aſininus.

Ὀνίνημι. iuuo. Actiu. accuſ.

Ὄνιος. uilis.

Ὀνίσκος. ὁ. aſellus, ſerra fabrilis.

Οἴωμα. τό. augurium.

Ὀνοβατεῖν. aſinos admittere.

Ὀνοβάτις. ἡ. mulier in adulterio deprehenſa apud Cumanos. Scribit Plutarchus illis in more fuiſſe, ut cum aliqua in adulterio deprehenderetur, in forum deductam, & ſaxo impoſitam, ſpectandam omnibus proponerent. Inde ſuper aſino conſtitutam, per urbem peruectam, in eundem locum reſtitui oportebat, unde erat deducta, & ex illo infamia notatam, ὀνοβάτιν appellandam cenſuerunt, ut quæ aſino imponeretur, & per ciuitatem ueheretur. Ab eo tempore lapidem tanquam impurum & deteſtabilem uitabant.

Ὀνόβοσις. ἡ. idem.

Ὄνομα. τος. τό. nomen.

Ὀνομάζομαι. nominor.

Ὀνομαζόμενον. nominatim.

Ὀνομάζω. μ. άσω. π. ακα. nomino, φράζω. Actiu. accuſ.

Ὀνομαινόω, uitupero, accuſo.

Ὀνομαίνω. μ. ανῶ. π. αγκα. nominatim recenſeo.

Ὀνομακλήδην. nominatim.

Ὀνομακλήτωρ. ορος. ὁ. nomenclator, dictũ quòd nominatim homines uocet.

Ὀνομαστήρια. τά. feſtum ab inſtituto nomine, uel quo nomen alicui inſtitutũ.

Ὀνομαστί. nominatim.

Ὀνομαστικός. ἡ. ὁ. nominatiuus.

Ὀνομαστός. ἡ. ὁ. clarus, id eſt nominatus, celebris.

Ὀνοματοθέτης. uerborum innouator, nominumque aucupio gaudens.

Ὀνοματόθηρος. ὁ. ὁ. ὀνομακλήτωρ.

Ὀνοματοποιΐα. ἡ. nominatio, nominis figmentum, ita ut pronunciatione & uoce ſua rem quam ſignificat, imitetur.

Ὀνομακλυτός. nomine inclytus, celebris.

Ὄνος. ὁ. ὁ, ἡ. aſinus, & aſina. Item lapis molaris, uel mola inferior retinens frumentum. ὀνόμαζ[illegible] τὸ λευκὸν καὶ τριάζειν. Xenoph. in primo ἀναβάσεως Cyri, οἱ δὲ ἐνοικοῦντες ὄνους ἀλέτας ὀρύττουσιν. Interdum uermiculi nomen, Latinè millepeda, aut cẽtipeda.

Ὀνόσκελοι. οἱ. dæmones ſunt, in aquoſa & arida corporibus areſcentibus frequentantes, & aſininis cruribus. Hi ſeſe mares plurimum exhibẽt, interdum quoque leonem & canem induere uidentur. Cal. lib. 1. cap. 27.

Ὀνοστός. ἡ. ὁ. lamentabilis, uilis, non lamentandus, uituperabilis.

Ὀνοτάζω. μ. άσω. π. ακα. μέμφομαι, impropero, afficio iniuria.

Ὀνοτός. ἡ. ὀνοστός, pauper.

Ὀνοφορβός. ἡ. ὁ. aſinarius.

Ὀνόχειλος. labrum aſini, nomen herbæ.

Ὀνόχηλος. dei filius, Chriſtus, infando titulo à religionis noſtræ hoſtibus dicebatur, quem ſceleſtiore etiam picturæ genere deformare, ac uelut in pergula prætereũtibus auſi ſunt aſininis auribus oſtentare, pede altero ungulatum, ac togata ſpecie, cum libro in manib. hoc adiecto titulo, quaſi is Chriſtianorum foret deus, ὀνόχηλος.

Ὀνόω. μ. ώσω. π. ωκα. inquino, uitupero, lamentor.

Ὄντα. τὰ. uera, ὑπάρχοντα, τὰ ἐν παρουσία κτήματα.

Ὄντως. ſanè uerò, planè, omnino, utique.

Ὄνυμα. ατος. τό. nomen, pro ὄνομα, o in υ.

mutato more Aeolico. unde ἱερώνυμος, & eiuſmodi.

Ὀνυμαίνω. τὸ ὀνομαίνω.

Ὄνυξ. χος. ὁ. unguis, παρὰ τὸ νύσσω, νύξω. Item onyx gēma (alabaſtritem uulgò uocant) eo quòd humano ungui ſit ſimilis. Interdum teſta eſt conchylij in paludibus Indiæ, à leuore unguis, quē imitatur, nominatus. Δι' ὄνυχος ἀκριβοῦν, ad unguem exigere.

Ὀνυχίζομαι. lugeo, ὀδύρομαι.

Ὀνυχίζω. præcido ungues. Item notare ungue, cum memoria conſulimus. Accipitur & pro rem exactè & ad unguem expendere.

Ὀνύχιον. ου. τὸ. unguiculus.

Ὀνώδης. εος. ὁ, ἡ. aſininus.

Ο Ξ.

Ὀξαλίς. ἡ. ſpecies lapathi, uinum aceſcens.

Ὀξάλμη. ης. ἡ. ſalſum, acetum, acida muria.

Ὀξέα. ας. ἡ. cuſpis haſtæ, & haſta, uarix.

Ὀξείδιον. acetum, diminutiuè ab ὄξος.

Ὀξεῖος. ὁ. acidulus.

Ὀξεῖς. οἱ properi.

Ὀξέως. citò, fortiter.

Ὀξέαι. ſunt nauigia quædā uelociora.

Ὀξίζω. in acetum degenero, aceſco.

Ὀξίζων οἶνος. uinum quod acuit.

Ὀξίνης. ου. ὁ. uappa, uinum acidum, auſterus, crudus.

Ὀξίς. ίδος. ἡ. uas acetarium.

Ὀξίτονος. ὁ. anceps.

Ὀξορεγμία. acida eructatio, Hippoc.

Ὄξος. εος. τὸ. acetum, quòd linguam ſecet & pungat.

Ὀξύ. τὸ. mucro. Et aduerb. pro acutè.

Ὀξυάκανθα. acuta ſpina.

Ὀξύβαφον. ου. τὸ. acetarium, acetabulum. Accipitur & pro poculo, Athen. li. 11.

Ὀξύβαφος. cotylæ quarta pars eſt, continens quatuor & uiginti drachmas, hoc eſt quadrantale. Bud. de Aſſe 5.

Ὀξυβελής. ſagittæ acuta cuſpide.

Ὀξυβολῶ. ſtatim & acutè audio.

Ὀξύγαρον. ου. τὸ. ſalſamentum, acetum cum garo, id eſt liquamen piſcis.

Ὀξύγγιον. ου. τὸ. axungia, adeps.

Ὀξυγράφος. ου. ὁ. uelociter ſcribens.

Ὀξυδερκία. ἡ. claritas oculorum.

Ὀξυδερκικόν. pharmacum, quo acuitur uiſus.

Ὀξυδόρκιον. ου. τὸ. idem.

Ὀξυδερκές. έος. τὸ. acies oculorum.

Ὀξυδερκής. έος. ὁ, ἡ. acutè uidens, perſpicax.

Ὀξυδορκέω. μ. ήσω. π. κκα. acutè uideo. Neutr.

Ὀξυήκοον. ου. τὸ. auditus acumen.

Ὀξύθηκτος. ualdè acutus.

Ὀξυθυμία. ας. ἡ. excandeſcentia, quod uitium opponitur μακροθυμίᾳ.

Ὀξυθύμια. τὰ. apud Hyperidem quædam expiationes, quas domibus luſtratis in triuia ferebant. Alij ligna interpretantur quibus ſtrangularentur aliqui. dicta ab ὀξέως τῷ θυμῷ χρῆσθαι.

Ὀξυθυμίας. ου. ὁ. &

Ὀξύθυμος. ου. ὁ. iratus, animo præceps, animo concitato & feroci.

Ὀξύϊρος. ου. ὁ. aceruus.

Ὀξυκέφαλος. ου. ὁ. capite faſtigiato.

Ὀξύκρατον. ου. τὸ. poſca, uinū quod aceto & aqua temperatum eſt.

Ὀξυλαβής. έος. uelociter capiens, continuò aggrediens.

Ὀξύμελι. acetoſum mulſum.

Ὀξυμέριμνον. τὸ. obſcurum, acuta contemplatione inuentum.

Ὀξυμυρσίνη. myrtus ſylueſtris, baccis rubentibus, et breuitate a myrto ſatiua diſtans. Quidam ruſcum uocant.

plura apud Plin.

Ὀξύμωρον. ſententia eſt ex periculo petita: hoc eſt, ita acutè & affectatè enunciata, ut fatua uideatur, ut apud Vergil. Num capti potuere capi? Cicero, Si tacent, ſatis dicunt.

Ὀξυώνη. acidum uinum, in uappámque deprauatum.

Ὀξυώομαι, &

Ὀξυώω. μ. ώσω. π. ωκα. acuo, irrito, coacesco. Actiu. accuſ.

Ὀξυόεις. εντος. idem quod ὀξὺς.

Ὀξύοπος. ου. ὁ. ualens acie oculorum.

Ὀξυπαθῶς. magno affectu.

Ὀξυπάλαθος. ου. ὁ. genus rumicis ab acutis folijs. Fortè legendum eſt ὀξυλάπαθος, de quo Plin. li. 20. ca. 21.

Ὀξύπεινος. ου. ὁ. famelicus, percitus acuta fame.

Ὀξυπευκὲς. amarum, ὀξύπικρον.

Ὀξύπορος. qui citò tranſit.

Ὀξύπρωρος. acutam habens proram, ὀξυκέρατος.

Ὀξύπυκνοι. οἱ. dicuntur toni qui ſpiſsi ultima loca poſsident. Capel. li. 9.

Ὀξυρεγμία. ας. ἡ. ὀξορεγμία.

Ὀξυρεγμιάω. acidum ructo.

Ὀξύῤῥυγχος. ου. ὁ. oxyrrinchus piſcis.

Ὀξύῤῥοπος. ου. ὁ. repente & leuiter repens, propenſus.

Ὀξύς. έος. ὁ. acutus, uelox, acer, præceps, promptus.

Ὀξύστομος. acutè canens.

Ὀξύσχοινος. ου. ὁ. iuncus marinus, uel iuncus manualis.

Ὀξυτάτη ὁδὸς. anceps uia.

Ὀξύτης. ητος. ἡ. acrimonia.

Ὀξυτόκιον, uel

Ὀξυτόκον. ου. τὸ. partum accelerans.

Ὀξύτονος. ου. ὁ, ἡ. ſtridulus. Item dictio quæ habet accentum in ultima ſyllaba.

Ὀξυφωνία. ἡ. uocis acuties.

Ὀξυφωνότερος. ὁ. cui uox acutior.

Ὀξύχειρ. manibus aduncis & celer.

Ὀξυχειρία. ας. uelocitas operandi, celeritas conficiendi in aliqua re.

Ὀξύχολος. ſummæ bilis, iracundus.

Ὀξυχολία. repentina ira, bilis efferuefactio.

Ὀξυωπεῖν. acutè cernere.

Ὀξυωπέστατος. ὁ. qui clariſsime uidet.

Ὀξυωπής. έος. ὁ, ἡ. uiſum acuens, aut acutè uidens, acuti uiſus.

Ὀξυωπία. uidendi acumen.

Ὀξυωπός. qui acutum habet uiſum, ὀξυωπής.

Ὀξωνίς. genus lapathi herbæ ſiue rumicis, ab aciditate nomine accepto.

Ὄυ pro οὐ poëticè.

Ο Π.

Ὀπαδός. οῦ. ὁ. aſſectator, conſors, adiutor, ſeruus.

Ὀπάζω. μ. άσω. π. ακα. præbeo, do, & inſequor, ut χαλεπὸν δέ τε γῆρας ὀπάζει, Iliad. θ.

Ὀπαῖον. ου. τὸ. operculum ollæ, foramen, & quà fumus è furno, aut camino exit.

Ὁ πάνυ. illuſtris, clarus, potens admodum, ſummus ille. Articulus enim additus aduerbio, eleganter efficit ut pro nomine exponatur.

Ὄπασε. tribuit.

Ὀπαοδέτ. à tergo ligatus.

Ὄπατρος. ου. ὁ. eodem patre natus, quaſi ὁμόπατρος.

Ὀπάων. ονος. ὁ. ἀκόλουθος, miniſter, aſſectator.

Ὄπερ οὖν. ὅπερ. Bud. Com.

Ὀπάω. circumſpicio, uideo.

Ὅπῃ, & ὅππῃ poetice. ubi, quò. Accipitur & pro ὅπως.

Ὅπῃ ἄν. quacunque, & quomodocunque, quocunque pacto, ut, quemadmodum. Bud. Com.

ὅπηοῦν. idem.

ὅπη παρείκοι. ἀντὶ τοῦ ἐγχωροίη, ὅπη ἐνδέχοιτο, pro re nata, quacunq; occaſione. Bud. ibidem.

ὀπή. ῆς. ἡ. cauerna, foramen, uox.

ὀπηδέω. μ. ήσω. π. ηκα. ſequor. Neutr. datiuo.

ὁπηδήποτε. quouis modo, quomodocunq;. Bud. Com.

ὀπηδός. οῦ. ὁ. ſequens, ancilla, ſeruus.

ὁπηλικοσοῦν. quantuſcunq;. Bud. Com.

ὁπηνίκα. quando, quando quidē, cum.

ὀπήτιον. ου. τὸ. ſubula.

ὀπίας. caſeus qui coit coagulo, ὁ τῷ ὀπῷ τῆς συκῆς πηγνύμενος.

ὀπιδνός. malus, terribilis.

ὀπίζομαι. μ. ίσομαι. π. ισμαι. &

ὀπίζω. μ. ίσω. π. ικα. obſeruo, curo, uereor, pudeſio. Actiu. accuſ.

ὄπιθεν, Dorice pro ὄπισθεν. retro.

ὄπικος. ὁ. ſordidus, immundus. Eudoxus Italiæ gentem quandam uocari tradit à linguarum colluuione dictam.

ὀπιμαντεῖον. ου. uoce datum reſponſum.

ὀπίονες apud Plutarch. ſunt, qui nunciorum & ſpeculatorum funguntur munijs.

ὀπίπας. impoſtor.

ὀπιπεύω. μ. εύσω. π. ευκα. &

ὀπιπτεύω. aſpicio, obſeruo, περιεργως βλέπω. Vnde παρθενοπίπας, qui uirginū pudicitiæ inſidiatur. Cæl. li. 7. ca. 12.

ὄπις. ιδος. ἡ. cura, conſyderatio, uox. Iliad. π. θεῶν ὄπιν οὐκ ἀλέγοντες.

ὄπισθεν. retrò, ponè, ὡς τὸ μέλλον.

ὀπισθέναρ. pars exterior palmæ.

ὀπίσθιος. α. ὁ. poſterior. Vnde ὀπίσθιον τάγμα, extrema acies: & ὀπίσθια, prætrita, cauda.

ὀπισθοβάμων. ονος. ὁ. retrogradus ut cancer.

ὀπισθόδομος. ου. ὁ. locus Athenis in arce poſt templū Mineruæ, ubi ærarium publicum erat.

ὀπισθόδομος. ου. ὁ. acta publica, poſterior pars domus.

ὀπισθόκεντρα. quæ in poſteriori parte corporis aculeo armantur.

ὀπισθοκόμαι. οι. qui crines uerſus tergū flexos habent.

ὀπισθοκρηπίδες. αἱ. genus calceamentorum muliebrium.

ὀπισθονόμος. præpoſterè paſcens, ſine receſſu. Vnde ὀπισθονόμοι βοῦς, retrò paſcentes boues.

ὀπισθόπους δίκη. iudicium aut pœna, quæ crimen ſtatim poſtridie ſeqtur.

ὀπισθέρμηλον. retrofugum.

ὀπισθοσφενδόνη. ης. ἡ. ornamentū quoddam capitis muliebre.

ὀπισθοτενικός. οῦ. ὁ. cui ceruix in humeros incuruata & reiecta eſt.

ὀπισθότονος. ου. ὁ. affectio cum ceruix ita diriguit, ut flecti non poſsit, hoc eſt, cum caput ad ſcapulas contrahitur.

ὀπισθουρητικά. τὰ. ex aduerſo mingentia.

ὀπισθοφανῶς. retrorſum, aduerſum.

ὀπισθοφύλακες. οι. qui in prælijs terga tuentur.

ὀπισθοφυλακέω. μ. ήσω. π. ηκα. retrò cuſtodio. Actiu. accuſ.

ὀπισθοφυλακία. ας. ἡ. poſterior cuſtodia.

ὀπισθοφύλαξ. ακος. ὁ. cuſtos poſterior, uel poſticæ.

ὀπίστατος. ου. ὁ. ὀπίσθιος, poſtremus, ultimus.

ὀπισθόγραφον. ου. τὸ. à tergo annotatum.

ὀπισθόγραφος. ὁ. aduerſarius, hoc eſt libellus rationarius, quo perfunctorie & obiter memoriæ conſulimus.

ὀπίσω. retrò. ἀναστρέφειν ὀπίσω, redire unde ueniſti. Accipitur quoq; pro poſtea. Vergil. Rurſus & incipiant in corpora tarda reuerti.

ὀπίσσω, poët. idem, retrò, in futurum,

ad poſteros, à tergo. Homer. Iliad. ά.
ἀδέ τι οἶδε νοῆσαι ἅμα πρόσσω καὶ ὀπίσσω.

Ὅπλα. τὰ. arma, funes nauium.

Ὁπλάρια. τὰ. arma diminutiuè.

Ὁπλή. ῆς. ἡ. ungula omnium brutorum, ſolida ungula.

Ὁπλίζω. μ. ίσω. π. ικα. armo, paro. Actiu. accuſatiuo.

Ὅπλισις. ιος. ἡ. &

Ὁπλισμός. ȣ. ὁ. armatura.

Ὅπλισμα. gradus, βῆμα, funis nauticus.

Ὁπλιστής. ȣ. ὁ. armatus.

Ὁπλιταγωγός ναῦς. ἡ. nauis quæ armatos fert milites.

Ὁπλῖται ἐνάριες. milites ſpoliatitij.

Ὁπλίτης. ȣ. ὁ. πελταστής, miles armatus, uel grauis armaturæ, armiger, ut eſt apud Sueton. non pro eo qui alterius arma gerit, ſed qui ipſe armatus eſt. Item qui in naui ad remum non ſedet.

Ὁπλιτίδες. ῶν. ſtatuæ fœminarum armatæ.

Ὁπλιτοδρομεῖν. eorum eſt, qui armati curſu certabant, & ſub armis curſu exercebantur.

Ὁπλιτοπαλάτης. ȣ. ὁ. armiluctator.

Ὁπλοθήκη. ης. ἡ. armentarium.

Ὅπλομαι. ὁπλίζομαι.

Ὁπλομανῶ. inſano & nimio armorum ſtudio teneor.

Ὁπλομαχεῖν. ſub armis exerceri, armis depugnare.

Ὁπλομαχία. ας. ἡ. dimicatio armis. Eſt et genus exercitamenti.

Ὁπλόμαχος. ου. ὁ. qui armis militaribus & ſcuto depugnat, ut apud Martialem, Hoplomachus nunc es, fueras ophthalmicus olim.

Ὅπλον. ȣ. τό. ſcutum, arma.

Ὁπλότερος. ȣ. ὁ. iunior, poſterior, νέος, μάχιμος.

Ὁπλοφορῶ. cingo latus, & in modum ſatellitis ſtipo & comitor. Accuſ.

Ὀπνιδός. reuerendus, cura dignus.

Ὁποδάπων. quotquot.

Ὁποδαπός. ȣ. ὁ. cuias.

Ὁποδαπὸς ἄν, &

Ὁποδαποσοῦν. cuiaſcunq;. Bud. Com.

Ὁπόθεν. unde.

Ὁπόθεν δήποθεν. undecunque, quoquo modo.

Ὅποι. quò, ubi, hic.

Ὁποῖ' ἄλλα. qualia, cuiuſmodi.

Ὁποῖα φιλεῖ. quæ aſſolent.

Ὁποῖόν τι. aliquod, quiddam.

Ὁποῖος. ȣ. ὁ. qualis infinitè.

Ὁποῖός τις. accipitur interrogatiuè pro ποῖός τις, cum ſit relatiuum.

Ὁποιοστισοῦν. qualiſcunq;.

Ὀποπάναξ. liquor herbæ panacis.

Ὀποπλεῖν. renauigare.

Ὀπός. ȣ. ὁ. ſuccus, coagulum, liquor, humecta uis ramis agglutinans folia, unde producitur opara, lacryma arborum, lacteus in ficu humor: & κατ' ἐξοχὴν ſilphij liquor.

Ὁπόσα. pro ἅ.

Ὁποσάκις. quoties.

Ὁποσαπλάσιος. totuplex.

Ὁποσαπλασιοσοῦν. quantumuis multiplex.

Ὁποσαχῆ. multipliciter.

Ὁπόση πλείστη. quanta maxima.

Ὁπόσοι ἄν. quotlibet, quotcunq;.

Ὁπόσον βραχύς. quàm breuis.

Ὁποσονοῦν. ubicunq;, quocunq; in loco, quantumcunq;.

Ὁπόσος. ȣ. ὁ. quot, quotus, indefinitè.

Ὁποσοσοῦν. quotuslibet, quotcunq;.

Ὁποσοσδήποτε, &

Ὁποσιοῦν. quantuſcunq;.

Ὁπόστος. ὁ. quotus.

Ὁποστοσδήποτε, &

Ὁποστοσοῦν. quotuslibet, quotuſcunq;.

Digitized by Google

Ὁπόταν. quoniam, quando, quo tempore. Bud. Com.

Ὁπότε. quando, poſteaquàm.

Ὁποτεοῦν. quandocunq;.

Ὁπότερον. utrum infinitè. nam interrogatiuè πότερον dicimus. καθ' ὁπότερον, pro utrumuis.

Ὁπότερος. ου. uter. accipitur pro utrolibet.

Ὁποτεροσδήποτε, &

Ὁποτεροσοῦν. uteruis, uterlibet, alteruter.

Ὁποτέρωθεν. unde, ἀπὸ ποίου μέρους.

Ὁποτέρωσε. utrò dubitatiuè.

Ὅπου. ubi, quãdoquidẽ, quò. Bud. Com.

Ὅπουγε. quandoquidem, id eſt utpote cum.

Ὁπουδὴ, &

Ὁπουδήποτε, &

Ὅπου ποτέ. ubicunq;. εἰ ὁπουδὴ, ſicubi.

Ὅπουπερ ἄν. ubicunque.

Ὁπουποτεγῆς. ubicunq; gentium.

Ὀποῦς. Opus ciuitas in Locris. Declinatur apud Latinos forma Græca, huius Opontis, à nominatiuo ὀπόεις, ὀπόεντος, & ſynæreſi ὀποῦς ὀποῦντος.

Ὄππατα, Aeolicè pro ὄμματα.

Ὅππη, & ὅππως. pro ὅπη, & ὅπως.

Ὀπταλέος. ου. ὁ. aſſatus.

Ὀπτανεῖον. ου. τό. locus ubi carnes aſſantur, culina, quaſi dicas toſtorium.

Ὀπτανία. aſpectus, ἀπόβλεψις.

Ὀπτάνω. cõſpicio, uideo, ἐμφανίζω. Acti. accuſatiuo iung.

Ὀπτάριον. ου. τό. idem quod ὀπτανεῖον.

Ὀπτασία. ας. ἡ. uiſio.

Ὀπτάω. μ. ήσω. π. ηκα. aſſo, coquo. Actiu.

Ὀπτάω. μ. άσω. π. ακα. uideo. Actiu.

Ὀπτήρ. ῆρος. ὁ. ſpeculator.

Ὀπτήρια. τά. munera quæ ſponſæ dabantur à ſponſo.

Ὄπτησις. ιος. ἡ. aſſatura, aſſatio.

Ὀπτικά. τά. nerui ſubminiſtrantes uiſiuum ſpiritum oculis.

Ὀπτικός. ὁ. uiſiuus, perſpectiuus, ſpeculatiuus.

Ὀπτιλέτις. nomen templi Mineruæ apud Sparthos. τοὺς γὰρ ὀφθαλμοὺς ὀπτίλους οἱ τῇδε Δωριεῖς καλοῦσι, Plutar. in Lycurgo.

Ὄπτομαι. μ. ὄψομαι. π. ὦμμαι. uideo & uideor, compareo. Depon. accuſ.

Ὀπτός. οῦ. ὁ. aſſatus, uiſibilis.

Ὄπτω. μ. ὄψω. π. ὦφα. idem quod ὄπτομαι, uideo, quanquàm ſit inuſitatum.

Ὀπυίομαι. eiuſdem ſanguinis ſum, proſtituo. Depon. abſol. & interdum accuſatiuo.

Ὀπυίω. μ. ύσω. π. υκα. ὁμιλέω, γαμέω, coëo. παρὰ τὸ ὀπίζειν υἱοῦ, ὅ ἐστιν ἐπιστρέφεσθαι παιδοποιίας. Actiu. accuſ.

Ὀπώδης. εος. ὁ, ἡ. ſuccoſus.

Ὄπωπα. uidi. Eſt autem μέσ. παρακ. Atticè ab ὄπτω, pro ὦπα.

Ὀπωπεῖ. proſpicit.

Ὀπώπει, &

Ὀπώπη. uiderat. Theoc. ὀφθαλμοῖσιν ὀπώπη.

Ὀπωπή. ῆς. ἡ. aſpectus, ἐντροπή, πρόσοψις.

Ὀπώρα. ας. ἡ. poma, hoc eſt omnes mollioris corticis fructus.

Ὀπώρη. ης. ἡ. autumnus.

Ὀπωρείω, &

Ὀπωρίζομαι, &

Ὀπωρίζω. fructus decerpo, colligo, emo. Eſt etiam uſu pomorum nauſeam contraho.

Ὀπωρινός. autumnalis.

Ὀπωρισμόν. arborum fructus.

Ὀπωροφυλάκιον. ου. τό. tugurium, pomorum cuſtodia.

Ὀπωρείων, &

Ὀπωρώνης. ὁ. qui poma uendit, emitq;.

Ὅπως. interdũ διαπορηματικῶς καὶ ἀνθυποτακτικῶς ponitur pro quomodo, hoc eſt pro πῶς, quemadmodum, ſic, ut. & conſtruitur cum indicatiuo & ſubiunctiuo. Interdum præcipien-

tis eſt, καὶ παραγγελματικὸν, aut denun-
tiantis aut exhortantis, ſicut caue
Latinè, & uide ne. Bud. Com.
Ὅπως ἂν, &
Ὅπως ἔτυχε, &
Ὅπως δὴ, &
Ὅπως δήποτε, &
Ὅπως ποτὲ, &
Ὁπωσιοῦν, &
Ὅπως δηποτοῦν, &
Ὁπωσοῦν. quomodocunq;, utcunq;, quo-
cũq; modo, temere, ſine iudicio. ὁπω-
σοῦν, ὅπως τιοῦν, καὶ ὁπητιοῦν, Attica au-
tem ſunt, de quibus Bud. ibidem.
Ὅπως μὴ. ne, μὴ.

O P.

Ὀράζω. τὸ ὀργάζω.
Ὅραμα. ατος. τὸ. uiſum, id eſt uiſio.
Ὅραρος & συνοχὴ. partes phalangis in-
æqualia diuiſæ. Latini uocant os &
umbilicum.
Ὅρασις. ιος. ἡ. uiſio, aſpectus.
Ὁρατὴς. οῦ. ὁ. ſpectator.
Ὁρατικός. ὁ. uim cernendi habens.
Ὁρατός. ου. uiſibilis.
Ὁράω. μ. ὄψομαι. π. ἑώρακα, & in præt.
imperf. ἑώραον. uideo. Item reſpi-
cio, id eſt faueo. Actiu. accuſ.
Ὀργάζω. cœnum manibus mollio & ſubi
go, commiſceo, τὸ πηλὸν ταῖς χερσὶ φυ-
ρῶ. Bud. Com.
Ὀργαίνω. μ. ανῶ. facio iraſci, turbo.
Ὀργάνη. Mineruæ epitheton, quòd ope-
rum præſes ſit, ἐργάνη.
Ὀργανικὸς. οῦ. ὁ. inſtrumentalis. unde ὀρ-
γανικὰ μέρη, officiales, ſeu inſtrumen
tales partes.
Ὄργανον. ου. τὸ. organum, inſtrumẽtum.
Ὀργὰς. άδος. ἡ. terra aliqua culta, terra
ſacra alicui deo, terra inculta ut lu-
cus, & ſaltus etiam dicitur.
Ὀργάω. μ. άσω. π. ακα. appeto, abſtinere
non poſſum, meapte ſponte cieor, &
gliſco, concito, concupiſco mace-
ro, ſubigo. Ὀργῶσι βότρυς, tume-
ſcunt racemi. ὀργῶν τὸ εἶδος, uigens
ſpecie. ὀργῶσα πρὸς σύλληψιν, quæ ſti-
mulatur ad conceptum. Bud. Com.
Ὀργεῶνες. οἱ. qui iiſdem ſacris initiati
ſunt, θύται, ſacerdotes.
Ὀργή. ῆς. ἡ. ira, iracundia. Ariſtot. ὀργὴ
ἐστιν ὄρεξις μετὰ λύπης τιμωρίας φαινο-
μένης, διὰ φαινομένην ὀλιγωρίαν τῶν εἰς αὐ-
τὸν τινὰ μὴ προσηκόντως, Ira eſt appa-
rentis ultionis appetitus cum dolore
propter apparentem immerito, uel
in ſuos contemptum. Ponitur &
pro appetitu coeundi.
Ὀργιλότης. ητος. ἡ. idẽ quod ὀργὴ, iracundia.
Ὄργια. τά. Orgia ſacra Bacchi, myſte-
ria.
Ὀργιάζομαι. conſecror, ſiue ut ſuum a-
ctiuum.
Ὀργιάζω. μ. άσω. π. ακα. orgia celebro, ſa
cra, ceremoniasq; inſtituo, ut ὀργιά-
ζω τὴν τελετὴν, ceremonias perago.
ὀργιάζω τὸν θεὸν, ſacrificiis placo
deum. Bud. Com.
Ὀργιασμοί. οἱ. ceremoniæ.
Ὀργιαστὴς. οῦ. ὁ. celebrator orgiorum fe-
ſtorum.
Ὀργιαστικὰ μέλη, καὶ ὀργιαστικὴν ἁρμονίαν
uocat Ariſtot. quæ ἐνθουσιασμὸν ἐμ-
βάλλει τῇ ψυχῇ, καὶ ἢ παρέχουσι τὴν ποιητι-
κὴν δύναμιν, & affectus ciet in ani-
mo. Bud. Com.
Ὀργίζομαι. μ. ίσομαι. π. ισμαι. iraſcor. De
pon. datiuo iung.
Ὀργίζω. irrito.
Ὀργίλος. ου. ὁ. iracundus.
Ὀργυαῖος. ου. ὁ. magnitudine unius ul-
næ, uel trium cubitorum.
Ὀργύζω. extimulor. Horus Apoll. ca-
pite ult. ὅταν ὀργύσῃ πρὸς σύλληψιν ἡ
γύψ.
Ὀργυά. ας. ἡ. ulna, manuũ extenſio, &
pectoris

Digitized by Google

pectoris latitudo, menſura ſenûm pedum, Herodo. & quaternûm cubitorum, Gazæ. Paſſus Valla interprete.

Ὀργυιόω. μ. ώσω. π. ωκα. ulnas extendo.

Ὀργάνη. concupiſcentia. (Neut.

Ὄργμα. ſanguis, gradus.

Ὀρέγνυμι. extendo. Actiu. accuſ.

Ὀρέγομαι. μ. ἔξομαι. π. ωγμαι. expeto, appeto, ἐπιθυμῶ, λαμβάνω, κομίζομαι. & ad ſenſum refertur. Depon. genit.

Ὀρέγω. μ. ἔξω. π. ωχα. porrigo, præbeo, manu percutio, ſicut ὀρέγνυμι, παρέχω, ἐκτείνω.

Ὀρέαυλος. montes inhabitans.

Ὀρεβάτης. ου. ὁ. montes ſcandens.

Ὀρειβατέω. μ. ήσω. π. ηκα. montes ſcando. Neut. abſol.

Ὀρικὸν ζεῦγος. mulorum iugum.

Ὀρειμαλίδες. ῶν. mala montana.

Ὀρεινός. ῦ. ὁ. &

Ὄρειος. ου. ὁ. montanus, ſyluestris. opponitur τῷ ἡμέρῳ.

Ὀρεοκόμος. qui mulorum curam habet.

Ὀρεῖον. ου. ὁ. regio montana.

Ὀρεπέλαργος. montana ciconia, nomen aquilæ.

Ὀρείτης. ου. ὁ. &

Ὀρέτωρ. ορος. montanus, agreſtis.

Ὀρείχαλκον. ου. τό. orichalcum. Scribitur & per ι. nam corripitur apud Horatium in arte poëtica.

Ὀρεκτιάω. μ. άσω. π. ακα. concupiſco.

Ὀρεκτικός. οῦ. ὁ appetitiuus, concupiſcibilis.

Ὀρεκτός. οῦ. ὁ. extenſus, longus, porrigendus, amabilis.

Ὀρεκτής. extendens.

Ὄρεξις. εως. ἡ. appetitus, uel appetitio, orexis, quomodo & Iuuenalis uſurpat. pro uehementi edendi auiditate, Rab[illegible] [illegible] orexim.

Ὀρεξόμενος. ο. ὁ. [illegible] percutiens.

Ὀρεοκόμος. ου. ὁ. [illegible] curam habet, aut mulorum.

Ὀρεοπολῶ. in montibus diuagor.

Ὀρεοβάτης. ου. ὁ. iens per montes.

Ὀρεσίτροφος. ου. ὁ. nutritus in montibus, & unus è canibus Actæonis apud Ouidium.

Ὀρεσκῴω. uerſor in montibus.

Ὀρεσκῷος. ου. ὁ. habitans cauernas montium, pro ὀρεσίοικος. κέω γὰρ τὸ κοιμῶμαι. unde illud Homeri, θηρσὶν ὀρεσκῴοισιν.

Ὀρέστερος. ου. ὁ. monticula.

Ὀρέστης. ου. ὁ. Oreſtes.

Ὀρεστιάς. άδος. ἡ. mõtana nympha, montium cultrix, ἐν ὄρεσι τὴν ἑστίαν ἔχουσα.

Ὄρεσφιν, aduerb. in montibus.

Ὀρεύς. έος. ὁ. mulus.

Ὀρεχθέω concupiſco, diſcindo, reſono, ſuſpiro.

Ὀρεωπώλης. ου. ὁ. mulorum uenditor.

Ὀράω. μ. άσω. π. ακα. cuſtodio.

Ὀρέω. attollo, incito.

Ὀρεωκόμος. ου. ὁ. mulio.

Ὄρθαι. concitatum eſſe.

Ὀρθάομαι. ὀρνιθάζομαι, capio auguria, auguror.

Ὄρθια lex erat Palladis, argumentum bellicum continens.

Ὀρθιάζειν. arrigere, uaticinari.

Ὀρθιοκῶποι. qui erecti magno cum labore remigant.

Ὄρθιος. ου. ὁ. altus, arduus, rectus, in altitudinem ſurrectus. Vnde ὄρθια phalanx dicebatur, quæ procederet in cornu, profunditatem habens latitudine maiorem. Et

Ὄρθιος νόμος. ὁ. carmen orthium, quod Arion canebat, cum à Delphino exciperetur, de quo Herod. li. 1. & Gel. libro 16. cap. 19. Sic fortè dictum, quòd huius carminis numeri intenſi ferebantur & ſonori. Siquidem ὄρθιος ſonorus interpretatur nonnulli

quam, & claſsicus cantus. Plutar. νόμον τὸν πυθικὸν appellat.

Ὀρθογόη. ης. ἡ. epitheton hirũdinis: quaſi ὀρθρογόη, ab ὄρθρος diluculũ, & γόος: quòd matutino maximè tempore canat, & ſecundum poëtarum fabulas filium ityn deploret.

Ὀρθογραφέω. μ. ήσω. π. ηκα. rectè ſcribo. Actiu.

Ὀρθογραφία. ας. ἡ. recta ſcriptura. Orthographia (ſcribit Bud.) eſt cum iam non planum opus, imaḋ operis ueſtigia imaginamur, ſed ſubrectũ & frontem attollẽs, quaſi erecti operis, aduerſiq́ deſcriptio.

Ὀρθογώνιος. ου. ὁ. rectus angulus.

Ὀρθοδοξέω. μ. ήσω. π. ηκα. rectè opinor & ſentio. Neutr. abſol.

Ὀρθοδοξία. ας. ἡ. recta opinio.

Ὀρθόδοξος. ου. ὁ. orthodoxus, id eſt rectæ opinionis & ſententiæ homo, qui rectam ueritatis opinionem, ſummiq́ boni, philoſophando inueſtigauit.

Ὀρθοδρομεῖν. rectè currere, rectis lineis concurrere.

Ὀρθόδωρον. ου. τὸ. palmus menſura, quantum complectitur extenſa manus à iunctura ad ſummum digitum.

Ὀρθοέπεια. emendata locutio, & cum ſuauitate uocum explanatio.

Ὀρθοεπῶ. rectè & propriè loquor.

Ὀρθόκραιρος. ου. ὁ. cornibus erectis, & erigens pilos, ut apud Sophoclem, ὀρθόκραιρος φρίκη. κέρας enim comam ſignificat, unde κεροπλάστα dicti.

Ὀρθοκραίρος. ου. habẽs rectum caput, uel erectas antennas. à κραῖρα, uel κεραῖα.

Ὀρθολογῶ. rectè & propriè loquor.

Ὀρθόομαι. μ. ώσομαι. π. ωμαι. rectè facio.

Ὀρθοπηγνύειν. ſeipſum erigere, ut altior uideatur.

Ὀρθοπλήξ ἵππος. equus erectus, & calcibus petens.

Ὀρθόπνοια. ας. ἡ. eſt morbi genus, quod medici noſtri orthoniam corrupto uocabulo dicunt, difficilis ſcilicet anhelitus, cũ quis ſpirare nõ poſsit, niſi recta ceruice ſpiritus trahatur.

Ὀρθοπνοικός. ου. ὁ. non niſi recta ceruice ſpirans.

Ὀρθοποδέω. μ. ήσω. π. ηκα. rectè ambulo, rectè incedo. Paul. ad Galat. ὅτι οὐκ ὀρθοποδοῦσι πρὸς τὴν ἀλήθειαν.

Ὀρθόπολις. erigens, & ſeruans ciuitatẽ.

Ὀρθόπτερον. magnis ſiue altis humeris, aut pinnis.

Ὀρθοπύγιον. idem quod ὀῤῥοπύγιον.

Ὀρθός. οῦ. ὁ. rectus, erectus, ut ſolet qui timet.

Ὀρθόσιος Ζεύς. ſtator Iupiter.

Ὀρθοστάδην. ſtando in erectum.

Ὀρθόστασις. ἡ. affectio, ubi ſurrecti ſtamus, neruis poſterioribus cõtractis.

Ὀρθότερον. ου. τὸ. melius.

Ὀρθότης. ητος. ἡ. rectitudo.

Ὀρθοτίτθιος. ἡ. uirgo, quæ mammas habet rectas, non pendulas.

Ὀρθοτομέω. μ. ήσω. π. ηκα. rectè ſeco, rectè tracto. Paul. ad Timoth. ὀρθοτομοῦντα τὸν λόγον τῆς ἀληθείας.

Ὀρθοτονεῖν. rectum & iuſtum accentum uel tonum dare.

Ὀρθότριχος. οἱ. habens erectos crines.

Ὀρθοφριξία. ἡ. erectio capillorum.

Ὀρθόφρων. magnanimus.

Ὀρθοφυῆ τὰ. recta. ſuperiora appetẽtia.

Ὀρθοφυής. έος. ὁ, ἡ. in altum creſcens.

Ὀρθόω. μ. ώσω. π. ωκα. dirigo, erigo, attollo, ſuſtento, confirmo, in ſtatum & dignitatem erigo. Actiu. accuſ.

Ὀρθραγόρισκοι. porculi ſubrumi, id eſt, qui adhuc ſub mammis habentur. quòd mane ἀπὸ τοῦ ὄρθρου & ἀγοράζεσθαι, quòd matutinis omnibus uenales circunferebantur.

Digitized by Google

Ὀρθρεύομαι, uel ὀρθρεύω, &

Ὀρθρίζω. μ. ίσω. π. ικα. de mane ſurgo, diluculo aliquid ago, uigilo. Neutrum abſolutum. Verbum frequens ſcriptoribus eccleſiaſticis, quo exprimunt uocem Hebræam ſichem, quæ mane ſurrexit ſignificat, & ſichar, mane uigilauit.

Ὄρθρινος, &

Ὄρθριος. ου. ὁ. matutino ſurgens, antelucanus. unde ὄρθριος νόμος, carmen antelucanum, cantio dilucularia Ariſtoph. ἀμφὶ νυκτῶν διὰ τὸν ὄρθειον νόμον. Niſi quis legere malit ὄρθιον νόμον, de quo paulò ante.

Ὄρθρον. ου. τό. &

Ὄρθρος. ου ὁ. diluculum, crepuſculũ matutinum, ſummum mane, ὅτι ἐς ἔργα ἡμᾶς ὀρθροῖ.

Ὀρθῶς δρῶν. eſt approbantis rei euentũ, meritò, ut debebat, ut par erat. Εὖ ποιῶν, idem.

Ὀρθωσία. ας. ἡ. Diana, ab Orthoſio monte Arcadiæ, eleuatio.

Ὀρειαχής. in montibus cubans.

Ὀριβρεμέτης. per montes reſonans.

Ὀρίγανον. ου. τό. uel ὀρίγανος. ου. origanum. ὀρίγανον βλέπειν dixit Ariſtophan. in Ranis pro toruis oculis intueri. Sumptum à planta eiuſdẽ nominis, quæ intuentibus torua & inamabilis uidetur. Dictum eſt autem origanum, quòd montibus gaudeat. nam γάνος ſignificat gaudium. Vel quòd uiſum illuſtret, & acuat. παρὰ τὸ ὁρᾶν καὶ γανοῦν τὸ λαμπρύνειν. Vel à ῥιγῶ fit ῥίγανον, & redundante ο, ὀρίγανον, κατὰ ἀντίφρασιν. natura enim calidũ eſt.

Ὀριγνάομαι. deſydero, concupiſco.

Ὁρίζομαι. finio, definio, hoc eſt definitionem rei do, & rem circunſcribo. Eſt etiã finem ſtatuo, finis loco duco. Plato, ἆρ' οὖν καὶ ὁ δημοκρατία ὁρίζεται ἀγαθόν. Item ſtatuo, præſtituo, æſtimo. Dinar. ὁρισάμενος ἑαυτῷ ζημίαν θάνατον. Idem, ἐπὶ θάνατον ὡρίσατο. Et metior, æſtimo, cenſeo. Plato in Gorg. καὶ καλῶς γε νῦν ὁρίζεις ὦ Σώκρατες, ἡδονῇ καὶ ἀγαθῷ ὁριζόμενος τὸ καλόν. Sic Ariſtotel. Ethic. 2. διὸ καὶ ὁρίζονται τὰς ἀρετὰς ἀπαθείας. Latinis definio idem eſt Cic. pro Marc. Hic tu modum uitæ tuæ, non ſalute reip. ſed æquitate animi definies? Idem pro Sext. Qui imperium P. R. orbis terrarum terminis definiſſet. Sic ὁρίζεσθαι δίκαιον, ius ſtatuere, Demoſthen. Ὁρίζεσθαι etiam eſt ἀποφαίνεσθαι, hoc eſt definire, ſtatuere, ἀπαγγέλλειν, indicare, hoc eſt indicatiuo modo loqui, ὅθεν ὁριστικὰ uerba dicta. Bud. Com.

Ὁρίζω. μ. ίσω. π. ικα. ſimiliter, ſicut ὁρίζομαι, pro definire ponitur. Itẽ pro terminare, et finire, circumſcribere. extremum enim & finis magnitudinem ὁρίζειν dicitur, hoc eſt τὸ πέρας αὐτοῦ ποιεῖν. Ariſtot. Probl. ἡ γράφη κύκλον τῷ ὁρίζοντι, id eſt finitore, & circunſcriptore ductu. Vnde circulus finitor in ſphæra ὁρίζων dicitur, quia hemiſphærij terminus eſt. Eſt etiam confinium facio, & diſtermino, dirimo, diſcerno. Ariſtot. de Part. 3. ὁρίζουσι δ' ἑκατέρους οἱ κυνόδοντες: de dentibus primoribus & molaribus loquens. Item metior, æſtimo, cenſeo. Ariſtot. Polit. 6. ὀλιγαρχία καὶ γένει, καὶ πλούτῳ, καὶ παιδείᾳ ὁρίζεται, id eſt cenſetur, æſtimatur. Bud. ibidem.

Ὀρικὸν ζυγόν. iugum mulare.

Ὀρίνω. μ. ινῶ. π. ικα. concito, commoueo, turbo, exalto. Actiu. accuſ.

Ὅριον. ου. τό. terminus, finis, confinium, horreum.

Ὅριος. ου. ὁ. proſper.

Ὅριος ζεύς. terminalis Iupiter.

Ὄρπηξ. ἀι. teredines montanæ, quas è niue generari ſcribit Strabo.

Ὁρισμός. ȣ. ὁ. definitio. ab ὁρίζω, pro diſcerno. diſcernit enim definitio unũ genus, & unam formam ab alijs. Vnde & pro certo modo, regula, & quaſi præſcripto capitur.

Ὁριςής. ȣ. ὁ. finitor, conſtitutor iuris & arbiter conditionum.

Ὁριςικός. ȣ. ὁ. definitiuus, indicatiuus. ὁριςικὸς λόγος, definitio.

Ὀρίτροφος. ȣ. ὁ. nutriens montes, in montibus nutritus.

Ὀριγῶμαι. appeto, cupio.

Ὁρκάνη. ης. ἡ. ſepes, carcer.

Ὄρκη. ης. ἡ. uas oleariũ, aut uinarium, capſa pigmentorum muliebrium.

Ὁρκίζω. μ. ίσω. π. ικα. adiuro, caueo ab aliquo iureiurando. Actiu. accuſ.

Ὁρκίσκω. idem.

Ὅρκιοι θεοί. dicuntur per quos iuſiurandum conceptum eſt, aut concipi ſolenne eſt.

Ὅρκιον. ȣ. τό. fœdus, iuſiurandum.

Ὁρκομοτεῖν. iurare in fœderibus ſanciendis.

Ὅρκος. ȣ. ὁ. iuſiurandum, ſacramentum. Grammatici deducunt ἀπὸ τȣ͂ ἄργειν τὸς παραβαίνοντας. Coërcetur enim quiſq; intra id quod iurauit. Vel παρὰ τὸ ὅρος. ὁρίζονται γάρ τι ὁμολογητικῶς οἱ ὀμνύοντες. Dicimus autem ὅρκους διδόναι καὶ λαμβάνειν, ſicut πίςιν διδόναι καὶ λαμβάνειν. Bud. Com.

Ὁρκόω. μ. ώσω. π. ωκα. uoco ad iuſiurandum, caueo ab aliquo iureiurando. Actiu. accuſ.

Ὁρκωμόσια. τά. ſacrificia in quibus feriebant fœdera.

Ὁρκωμοσία. ἡ. &

Ὁρκωμόσιον. iuſiurandum, & locus ſic uocatus.

Ὁρκωμότης. iureiurando aſtrictus.

Ὁρκωμοτῶ. ſanctè iuro, in fœdus iuro.

Ὁρκωτής. ȣ. ὁ. qui præeſt obſtrictioni iuriſiurandi, ὁ ὁρκίζων. Xenoph. lib. 5. de omiſsis, ἐξέπεμψαν τὸς ὁρκωτὰς καὶ ἐκέλευσαν τὰ μέγιστα τέλη ἐν ἑκάστῃ πόλει ὀρκῶσαι.

Ὁρκωτός. ȣ. ὁ. iuratus.

Ὁρμαθίζω. abhamo, in modum catenæ connecto.

Ὁρμαθός. ȣ. ὁ. ςίχος, ordo, omne inſtar trichæ, catena.

Ὁρμαίνω. μ. ανῶ. concito, in animo uerſo, pendo, cogito, reuoluo, intendo animũ, incito, impello. Actiu. accuſ.

Ὁρμάνη. ης. ἡ. ὁρκάνη, ἑρκμοθρα.

Ὁρμάομαι. μ. ήσομαι. π. ημαι. τὸ ὁρμῶ, paro, decerto, promptus ſum, ad aliquid agendum impetum cepi & incitatus ſum, conuerti animum. Plato de Rep. 9. καὶ δυδοκιμεῖν δεῖ ὅλον ὡρμῆσθαι. Gregor. ὅπερ ὡρμήθην λέγειν ὁ λόγος, Quod dicere inſtituimus in hac oratione. Iſocr. ὡρμημένος διελθεῖν, Qui dicere conſtituiſſet. Xenoph. δεῖ ἀπὸ θεῶν ὁρμᾶσθαι ἀεὶ, auſpicari. Sic apud Plut. de Perpenna Sertorij ſucceſſore, ἀπὸ τῶν αὐτῶν μὲν ὁρμώμενος δυνάμεων καὶ παρασκευῶν, Eodem quidem apparatu, atq; iiſdem copijs, eadem cum illo facere aggreſſus, & exorſus, iiſdemq; fundamẽtis nixus fretusq;. Item prodeo, proficiſcor, ut πρὸς ἄστυ ὡρμῆσθαι, Plat. Item progredior & ineo. Xenoph. ἐπειδὴ εἰς ἥβην ὡρμᾶτο, Cum ad pubertatem uenisset. Sic etiam

Ὁρμάω. μ. ήσω. π. ηκα. in animum induco, conuerto animum, facere geſtio, cupio & cœpi, ut ὡρμηκότες ἐπὶ τὸ σκοπεῖν τὰ τῶν ἄλλων πράγματα, qui animũ appulerunt, Xenoph. & ἐπὶ ὃ ἕκαστος ὥρμηκε, Quod quiſq; inſtituit, & cœ

pessije

peſſije, Plat. et ὥρμησεν ἑαυτὸν ἀποκτεῖναι, Impetum cepit interficiendi ſui. Sic ὁρμᾷν dicitur equus à Xenoph. cum ad curſum cietur, de quo in ἐξορμᾷν. Item pro ſtationẽ habere, τὸ ἐν ὅρμῳ διάγειν τὴν ναῦν, καὶ ἡσυχάζειν. Thucyd. οἱ ὥρμουν ἐν τῇ μεσαίᾳ. Demoſth. καὶ τὸ πλοῖον ὥρμει ἐνταῦθα. Dicitur etiam ὁρμῶ τὴν ναῦν, pro ὁρμίζω. Ἐκ χειρὸς ὁρμᾷν, ui auferre. Bud. Com.

Ὁρμαλιά. ᾶς. ἡ. funiculus contextus ex ſetis equinis, quo piſcatores utuntur.

Ὄρμενος. ου. ὁ. aſparagus ſylueſtris, et cuiuſcunq; oleris circulus. Eſt quoq; urbis nomen proprium Theſſaliæ.

Ὁρμευτής. piſcator.

Ὁρμή. ῆς. ἡ. alacritas, impetus, id eſt ſubitus, acriſq; affectus, locus unde aliquid incipit & mouetur, motus, conſilium, cupiditas. Cicero ferè appetitionem interpretatur, & appetitũ, affectum, affectionem.

Ὅρμημα. idem, impetus, conatus, cogitatio.

Ὁρμητήριον. ſedes belli, arx, & uelut propugnaculum belli ſuſcepti, locus & uelut aſylum, quò ſe recipiunt prælianter. Significat etiam incitamentum & ſuſcitabulum, ut ſunt κλωγμοὶ καὶ ῥοιζοὶ τῶν ἵππων apud Xenoph. Bud. Com.

Ὁρμητικῶς. impetu, ſubitò.

Ὁρμιά. ᾶς. ἡ. funiculus piſcatorius ſetis equinis contextus.

Ὁρμίζομαι. ducor, ingredior. Thucyd. ὁρμιζόμενοι ἐς λιμένα.

Ὁρμίζω. μ. ίσω. π. ικα. duco nauem in portum. Neutr. accuſ.

Ὅρμινον ἥμερον. herba geminalis.

Ὁρμίσκαι. αἱ. monilia.

Ὁρμίσκος. ου. ὁ. diminutiuum, paruum monile.

Ὅρμος. ου. ὁ. portus artificialis, ſtatio. παρὰ τὸ ἕρμα τὸ ἀσφάλισμα, ἢ τὸ εἴρω τὸ συμπλέκω. uide Lucia. περὶ ὀρχήσεως.

Ὁρμός. οῦ. ὁ. monile, corrigia calceorũ.

Ὄρνεον. ου. τὸ. auis. παρὰ τὸ ὀρέαν.

Ὀρνεοσκοπεῖν. augurari.

Ὀρνεοσκόπος. ου. ὁ. augur.

Ὄρνυ. nox. ὀρνὸς γὰρ σκοτεινός.

Ὀρνιθαγρευτής. οῦ. ὁ. ὀρνιθευτής.

Ὄρνιθες. aues cortales.

Ὀρνιθάριον. ου. τὸ. auicula.

Ὀρνίθεια. ας. ἡ. genus ludi in quo pueri uerberabantur, augurium.

Ὀρνίθειον κρέας. auium caro.

Ὀρνιθεύομαι. auguror.

Ὀρνιθευτής. οῦ. ὁ. ὀρνιθοθήρας.

Ὀρνιθίας. ου. ὁ. hyems quæ præ frigore aues necat. Eſt & uentus eiuſdem nominis.

Ὀρνιθόγαλον. ου. τὸ. herba ornithogalum.

Ὀρνιθοθήρα. ας. ἡ. aucupium.

Ὀρνιθοθήρας. ου. ὁ. auceps.

Ὀρνιθοθηρῶ. aucupor.

Ὀρνιθομανής. amans aues.

Ὀρνιθονομεῖον. ου. τὸ. ὀρνιθὼν.

Ὀρνιθοειδέστερος. ου. ὁ. magis ſpeciem auis habens.

Ὀρνιθών. ῶνος. ὁ. auiarium.

Ὄρνιξ. χος. Dorice, &

Ὄρνις. ιος. uel ιθος. ἡ. auis, gallina, ales, augurium.

Ὀρνός. obſcurus.

Ὄρνυμι, &

Ὀρνύω. inſurgo, incito, promoueo. Act. accuſ.

Ὀρόβινον. ου. eruina, farina erui.

Ὄροβος. ου. ὁ. orobus genus hordei.

Ὀρόδαμνος. ου. ὁ. ramus, ſurculus, παρὰ φυὰς. ἀπὸ τοῦ ὀρύειν κατὰ τὴν αὔξησιν.

Ὀρρωδία. timor.

Ὀροθεσία. ας. ἡ. terminus, deſignatio terminorum. Sed ὀροθεσίοις ὅις, potius maſcul. quàm fœmin. genere reperitur.

ὀροθέτης. finitor.

Ὀροθυνέω. concito, turbo, confidentiam iniɩcio. Actiu accuſ.

Ὀροίτης. ου. ὁ. ὀροθέτης.

Ὀροκτύπος. in montibus ligna ſcindens. τύπος enim truncus eſt.

Ὀρον. ου. τό. prelum, uas agricolarum.

Ὀρόντης. ου. ὁ. Orontes fluuius per mediam Antiochiam fluens.

Ὄροντο. impellebantur.

Ὄρος. εος. τό. mons.

Ὅρος. ου. ὁ. terminus. Item finis, id eſt finitio, ut inquit Quintil. Item σκοπὸς καὶ τέλος τῶν πράξεων & ὑπόθεσις. Ariſtot. Polit. 7. Οὕτω πρὸς τὸν ἀποκείμενον αὐτοῖς ὅρον. Accipitur etiam pro modo & regula, & quaſi præſcripto, quo actiones temperantur, Galeno Metho. 12. & 14. Eſt etiam index rei obnoxiæ & oppignoratæ, de quo Bud. Com.

Ὀρός, pro ὀῤῥός.

Ὀροσέλινον. ου. τό. montapium.

Ὀροσπίζης. montifrigilla.

Ὄρουμα. impetus, ſaltus.

Ὀρούω. μ. ούσω. π. κα. ruo, commoueo, impetum facio.

Ὀροφάω. τὸ ὀροφόω.

Ὀροφή. ῆς. ἡ. &

Ὄροφον. ου. τό. &

Ὄροφος. ου. ὁ. tectum, culmen, laqueariũ, ſummitas tectorum, contignatio. Item ὄροφος & arundo aquatica tectis ſtruendis apta.

Ὀροφίας. ου. in tectis uerſans.

Ὀροφηφόρον. ου. animal teſtam gerens.

Ὀρόφομαι. tegor. Ioſephus, λιθίνοις φαρμάσιν ὠρόφοντο.

Ὀροφόω. μ. ώσω. π. ωκα. concamero, tego. Neutr. accuſ.

Ὀρόφωμα. ατος. τό. tectum.

Ὁρόων, pro ὁρῶν. uidens.

Ὅρπηξ. ηκος. ὁ. ramus, & ὅρπαξ uentus uehemens.

Ὀῤῥοδιᾶν. in coxēdices & nates cadere

Ὀῤῥοπύγιον. ου. τό. podex, cauda propriè uolucrũ, ultima pars ſpinæ ubi ſpondyli deſinunt, ὀρθοπύγιον. Vide in ὀρθοπύγιον.

Ὄῤῥος. ου. ὁ. idem.

Ὀῤῥός. οῦ. ὁ. ſerum lactis.

Ὀῤῥοῦσθαι. ſereſcere.

Ὀῤῥώδης. ſeroſus.

Ὀῤῥωδία. ας. ἡ. timor, trepidatio.

Ὀῤῥωδῶ. uereor, φοβοῦμαι. Inde ſumptũ, quòd quando quadrupedibus terrorem incutimus ſeu metum, cõtrahere ſolent eam partem caudæ, inter femora reducendo.

Ὄρσο, & ὄρσεο. ſurge. ἀπὸ τοῦ ὄρω.

Ὀρσιπέτης. altè uolans.

Ὀρσίπους βοή. clamor quo contendentes ad curſum incitantur.

Ὀρσοθύρα. ας. ἡ. ianua quà ad locum ſuperiorem aſcenditur, ualua.

Ὀρταλίζειν. proiectare, ſubmouere in altum, uolaturire, ut auiculæ primùm uolare incipientes.

Ὀρτάλιχοι. pulli auium implumes.

Ὀρτή. ῆς. ἡ. feſtum, pro ἑορτή.

Ὄρτιον. ου. arduum.

Ὀρτυγία. ας. ἡ. Ortygia inſula, quæ poſtea Delus dicta eſt.

Ὀρτυγοκοπέω. μ. ήσω. π. ηκα. ludum exerceo cædendarum coturnicum. Neu.

Ὀρτυγοκόπος. ου. ὁ. ludus in quo percutiebatur coturnix. Suid.

Ὀρτυγομήτρα. ας. ἡ. ortygometra, id eſt matrix coturnicum. Gaza ſimpliciter matricem interpretatur.

Ὄρτυξ. υγος. uel ὄρτυγος. coturnix.

Ὀρυγή. ῆς. ululatus.

Ὀρυγάνω. eructo, uomo.

Ὄρυγμα. ατος. τό. foſsio, foſſa, meatus.

Ὀρυγμαδός. οῦ. ὁ. &

Ὀρυγμός. οῦ. ὁ. fremitus, latratus, tumultus. proprie in montibus, dum ligna

ſcinduntur.

Ὀρύζα. ης. ἡ. oryza, genus frumenti, quod uulgo riſum uocant.

Ὄρυξ. γος. ὁ. foſſorium. Item oryx animal capræ ſimile. Iuuenal. Et Gellius oryx.

Ὀρυκτός. ῦ. ὁ. foſſus.

Ὀρυμαγδός. ῦ. ὁ. ὀρυγμαδὸς.

Ὀρυώω. cumulo.

Ὀρύομαι. frendo, latro.

Ὀρύσσω. μ. ύξω. π. υχα. fodio. Act. accuſ.

Ὀρώχατο. cædebantur, mactabantur.

Ὀρφανία. ας. ἡ. orbitas.

Ὀρφανίζομαι. μ. ίσομαι. π. ισμαι. orbatus ſum.

Ὀρφανίζω. μ. ίσω. π. ικα. curo. Act. accu.

Ὀρφανιστής. ῦ. ὁ. curator aut tutor pupillorum.

Ὀρφανός. ῦ. ὁ. orphanus, pupillus, orbus parentibus, aut deſtitutus auxilio aliorum.

Ὀρφανοτροφεῖον. τὸ. domus aut locus alendis pupillis deputatus.

Ὀρφανοτρόφος. ῦ. ὁ. pupillorũ nutritor.

Ὀρφεοτελεσταί. initiandi authores nuncupati ſunt, quiq; fœlicitatem certiſsimam pollicebãtur poſt obitum.

Ὀρφνή. ἡ. nigredo, obſcuritas, nox.

Ὀρφναῖος. ῦ. ὁ. ✝

Ὀρφνινός. ῦ. ὁ. ✝

Ὄρφνιος. ῦ. ὁ. ✝

Ὀρφνός, ✝

Ὀρφνώδης. εος. niger, obſcurus.

Ὀρφοβόται. ὀρφανισταί.

Ὀρχαμός. ῦ. ὁ. dux populi, princeps.

Ὀρχάς. ſeptum, ſepes, genus oleæ.

Ὀρχατός. ῦ. ὁ. στίχος, κῆπος, locus arboribus aut uitibus conſitus, ordo.

Ὀρχηδόνως. iuueniliter, ἡβηδὸν, aut uiritim.

Ὀρχέομαι. μ. ήσομαι. π. ημαι. tripudio, ſalto, geſticulor, quemadmodũ in choreis. Dicitur autem ἀπὸ τῶν ὄρχων, id eſt uinearũ ordinibus, in quibus inter uindemiam primitias Baccho offerentes choreas agebant. Vel παρὰ τὸ ὀρέγειν τὰς χεῖρας. Depon. abſol.

Ὀρχηδόν. ὀρχηδόνως.

Ὀρχηθμός. ῦ. ὁ. ✝

Ὄρχημα. ατος. τὸ. ſaltatio.

Ὄρχις. ιος. ὁ. teſtes.

Ὄρχησις. ιος. ἡ. ✝

Ὀρχησμός. ῦ. ὁ. ὄρχημα.

Ὀρχηστής. ῦ. ὁ. ſaltator, gaudens de parta uictoria.

Ὀρχηστικός. ῦ. ὁ. ſaltatorius.

Ὀρχήστρα. ας. ἡ. orcheſtra, locus in ſcena in quo ſcenici artifices ſuas actiones exhibebant, palæſtra, ſaltatoriũ. Et proprie eſt chori, ſicut ſcena hiſtrionũ teſte Pollu. Erat etiã locus in theatro, ubi ſenatores habebãt ſua ſubſellia. Hinc Iuue. p ipſo ſenatu utitur.

Ὀρχήστρια. ας. ἡ. uel ὀρχηστρὶς, Ariſtoph. ſaltatrix.

Ὀρχηστύς. ύος. ἡ. ars ſaltandi, ſaltus, ſaltatio.

Ὀρχίδιον. ῦ. τὸ. teſticulus, diminutiuum ab ὄρχις.

Ὀρχίπεδον. ῦ. τὸ. idem.

Ὀρχιπαιδίζειν. ludere et otiari cũ pueris

Ὀρχεσοδιδάσκαλος. ὁ. præceptor ducendæ choreæ. Bud. Com.

Ὀρχμὸς. ſeptum.

Ὄρχος. ῦ. ὁ. ὀρχατὸς, ordo plantatarum arborum, palmes, ramus.

Ὀρχοτομεῖν. caſtrare.

Ὄρω. π. ὦρα, ✝ Attice, ὄρωρα. accumulo, eleuo, moueo, attollo, inueho, infero, concito: (ἐν ὄρει.

Ὀράγκη. montis eminentia, ὄγκος ἢ λόφος

Ὀρῶπος. colorum mixtio.

Πολύθρονον. τό. uenenoſum. θρόνα γὰρ τὰ ἄνθη.
Πολυθρόος. ου. ὁ. ſonorus, ſtreperus.
Πολυθρύλητος. ου. ὁ, ἡ. diuulgatus, magnæ famæ.
Πολύθυτος. ου. ὁ, ἡ. ubi ſæpe ſacrificatur, halans crebris ſuffitiõibus & ſacris.
Πολύθυρος. ου. ὁ, ἡ. multo aditu peruius.
Πολυΐακος. impetuoſus, peritus.
Πολυΐδρις. ιος. ὁ, ἡ. ſciens, prudens, expertus multarum rerum.
Πολυϊδρία. ἡ. multarũ rerum cognitio.
Πολυΐμνητος. ου. ὁ. decantatus.
Πολυΐστωρ. ορος. ὁ. multiſcius, qui multa nouit ac memorat.
Πολυκαγκής. έος. ὁ, ἡ. multam ariditatem habens, peraridus. nam κάγκανον lignum aridum ſignificat.
Πολυκαισάρεια. ἡ. multitudo cæſarum.
Πολυκαρπία. ἡ. fertilitas.
Πολύκαρπος. ου. ὁ, ἡ. fructuoſus, ἔγκαρπος.
Πολυκερδής. έος. ὁ, ἡ. lucroſus, uafer.
Πολυκερδής. έος. ὁ, ἡ. ueterator, malus.
Πολυκέρδιον. multò melius, πολὺ βέλτιον.
Πολύκερος. ου. ὁ. cornutus.
Πολύκεστος. ου. ὁ. acu pictus.
Πολυκέφαλος. ὁ. multiceps.
Πολυκηδής. έος. ὁ, ἡ. curis plenus, malorum fœcundus, & author.
Πολύκλειτος. ου. ὁ, ἡ. glorioſiſsimus, clariſsimus.
Πολυκληΐς. ῖδος. ἡ. habens multas ſedes, congrua. Nauis epitheton, quaſi multis compacta clauis.
Πολύκλητος. ου. ὁ, ἡ. à multis uocatus. Et πολύκλητοι, è multis locis conuocati.
Πολύκλυστος. ου. ὁ. undoſus, multiſonus, murmurabundus. à κλύζω.
Πολύκμητος. ου. ὁ. elaboratus, laborioſus, ad multos labores idoneus, ut eſt ferrum, exitioſus, letalis.
Πολύκνημος. ου. ὁ, ἡ. uelox, habẽs multas ſuras, uel origano abundans. κνῆμον enim origanum ſignificat.
Πολύκοιλος. ὁ. plures continens uentres.
Πολύκοινον. omnibus commune.
Πολυκοιρανία. ας. ἡ. dominatio multorũ.
Πολύκομος. ου. ὁ. frondoſus.
Πολύκομπος. ου. ὁ, ἡ. iactabundus.
Πολυκρανία. πολυκοιρανία.
Πολύκρημνος. ου. ὁ, ἡ. mõtoſus, inacceſſus.
Πολύκριμνος. fertilis, multum hordei proferens.
Πολυκτημοσύνη. ης. ἡ. opulentia, facultas, copia ſubſtantiæ. (τος.
Πολυκτήμων. ονος. ὁ, ἡ. diues, πολυχρήματος.
Πολύκτονος. multorum occiſor.
Πολύκυμος. ου. ὁ, ἡ. undoſus, fluctuoſus, πολυτάραχος.
Πολυκύμων. idem.
Πολυλήϊος. ου. ὁ. habens multas ſegetes, aut pecudes, aut ſpolia, fertilis, diues
Πολύλιστος. ου. ὁ. optabilis, πολυλιτάνευτος.
Πολυλογία. ας. ἡ. multiloquium.
Πολυλόγος. ου. ὁ. multiloquus.
Πολυλόγως. loquaciter, multis uerbis, longo ſermone.
Πολύλοπος. ου. ὁ. plures ueluti tunicas obtinens. de herbis quibuſdam dictum.
Πολυμαθής. έος. ὁ, ἡ. multa diſcens, eruditus.
Πολυμαθία. ας. ἡ. diſciplina multijuga.
Πολυμέρεια. ἡ. particularum multitudo.
Πολυμερής. έος. ὁ, ἡ. in multas partes diuiſus,

ſus, multimembris.

Πολυμέριμνος. anxius, ſolicitus.

Πολυμέρμηρος. idem.

Πολυμερῶς. uariè, διαφόρως, πολυειδῶς, διαψιλῶς.

Πολύμηλος. ου. ὁ, ἡ. pecoroſus, diues.

Πολύμητις. ιος. &

Πολύμητος. ου. ὁ. prudens, conſilio plenus, uafer.

Πολυμηχανία. ἡ. ingenium, induſtria.

Πολυμήχανος. ου. ὁ. artificioſus, machinabundus.

Πολύμιτον. τὸ. uerſicoloribus filis contextũ, quod pluribus contextũ eſt licijs.

Πολύμνεια. ας. ἡ. Polymnea una ex nouem Muſis. (tes.

Πολυμνήμονες. οἱ. multũ memoria ualen

Πολυμνήστη. ης. ἡ. quæ à multis petitur in uxorem, proba.

Πολύμνιος. ου. ὁ. muſcoſus.

Πολυμορφότατοι. multiformiores.

Πολύμυθος. ου. ὁ. garrulus, locutuleius.

Πολύνευρον. ου. aliqui uocant plantaginem minorem.

Πολύξενος. multorum hoſpita. Terræ epitheton.

Πολύοζοι. ramoſi.

Πολυοινία. ἡ. uinoſitas.

Πολυοπόν. crebro perforatum, ut rete, πολυόφθαλμον.

Πολύοπτος. ſpectabilis. (ſus.

Πολυόροφος. ου. ὁ. multis tabulatis excel-

Πολιός. οῦ. canus. Accipitur pro ciuitatis præſide.

Πολιότης. ητος. canities.

Πολιοῦται. caneſcunt.

Πολυοχλοῦσα πόλις. ciuitas magnam turbam habens.

Πολυοψία. opſonij copia.

Πολυπαθής. ὁ. multis refertus malis.

Πολυπαιδία. ας. ἡ. multitudo filiorum.

Πολυπαίπαλος. ου. ὁ. tritus, malignus, impoſtor.

Πολύπαις. αιδος. ὁ. prolificus.

Πολυπάμμων. ονος. ὁ. locuples, diues pecuniæ. πάμματα enim Dorica & Aeolica lingua pecuniæ dicũtur, κτήματα.

Πολυπειρία. ἡ. multa experientia.

Πολύπειρος. peritiſsimus.

Πολυπενθής. έος. ὁ, ἡ. luctuoſus.

Πολυπευθὴς ἡμέρα. dies quo multi accedunt ad oraculum.

Πολυπήμων. ονος. ὁ. damnoſus.

Πολυπίδαξ. ακος. ὁ. multas habens ſcaturigines, fontibus frequens.

Πολύπικρος. ualdè amarus.

Πολύπιστος. ου. ὁ. qui bonæ eſt fidei.

Πολύπλαγκτος. ου. ὁ. &

Πολυπλανής. έος. ὁ, ἡ. pererrans, errans, multiuagus. Epitheton anni apud Sophoclem.

Πολυπλασιάζω. multiplico.

Πολύπλοκος. ου. ὁ. nodoſus, implicitus, implicatus.

Πολυπλόκως. implicitè, diuerſo ordine.

Πολύποδα. τὸν. multipedem.

Πολυποδία. ἡ. pedum copia.

Πολυπόδιον. ου. fidicula.

Πολυπόθητος. ſummè deſyderabilis.

Πολύπονος. laborioſus, dolore afflictus.

Πολύπορος. ου. ὁ. locuples, diues, εὔπορος, meatibus refertus.

Πολυποσία. ἡ. immodica potatio.

Πολυπότης. ου. ὁ. bibax.

Πολύπους. οδος. polypus, piſcis genus à pedum multitudine dictum. Item morbus narium, quòd multas radices habeat: aut quòd ut ille acetabulis inuadit uenantes, ita hic nares occupat uſq; ad ſermonis & anhelitus impedimentum.

Πολυπραγμονεῖσθαι. is dicitur cui negotiũ exhibetur, qui moleſtia afficitur.

Πολυπραγμονέω. ῶ. ήσω. κα. anxiè nimis & curioſe aliquid inquiro & indago inueſtigoq́;, multis rebus me im

plico. Et propriè de rebus nihil ad nos pertinentibus dicitur. Ariſtophanes pro συκοφαντεῖν poſuit. Compoſitum ex πολὺ & πράττω, quaſi πολλὰ πράττω, hoc eſt circa multa ago & ſatago. Neutr. abſol.

Πολυπραγμοσύνη. ης. ἡ. curioſitas, negotiatio. Gel. uertit multarum rerum aggreſſionem, earumq́ omniū actionem. Plutarchus ſcribit eſſe φιλομάθειαν ἀλλοτρίων κακῶν. id eſt, ſtudiū aliena mala cognoſcendi.

Πολυπράγμων. ον. ὁ. negotioſus, curioſus.

Πολύπρεμνος. multos habens truncos.

Πολύπτερα. qbus penna uberius data eſt.

Πολύπτυχος. ου. ὁ. multiplex, ſinuoſus, implicitus, fortis. Eius neutrum eſt πολύπτυχες.

Πολύπτωτον. ου. ex pluribus caſibus.

Πολύπυργος. ου. turritus.

Πολύπυρος. ου. ὁ. tritico abundans.

Πολύῤῥαφος. ου. ὁ. multum ſutus.

Πολύῤῥην. ηνος. ὁ, ἡ. abundans agnis, πολυθρέμμων.

Πολύῤῥητος. ſæpe nominatus, clarus, laborioſus.

Πολύῤῥινος. è multis pellibus.

Πολυῤῥόδης. εος. ὁ, ἡ. abundans roſis, roſis conſperſus.

Πολύς, πολλῦ. ὁ. multus, ingens, σφοδρὸς, uehemens, aſsiduus. Solum accuſatiuū ex ſe format, τὸν πολὺν, & τὸ πολὺ neutrum: reliquos obliquos à nomine πολλὸς mutuo accipit tam maſculino quàm fœminino & neutro genere.

Πολυσαρκία. ας. ἡ. corpulentia.

Πολύσαρκος. ου. ὁ. corpulentus.

Πολυσήμαντος. ου. ὁ. &

Πολύσημος. ου. ὁ. multa ſignificans.

Πολυσκαρθμος. ου. ὁ. peragilis, πολυκίνητος.

Πολυσμάραγος. ου. ὁ. ſonorus, ſtreperus.

Πολυσπαθής. ἐος. ὁ, ἡ. ſpatha elaboratus

Πολύσπαρος, & (ſæpe.

Πολυσπερής. ἐος. ὁ, ἡ. diuerſigena, in diuerſas partes diſperſus ac diſſeminatus. à σπείρω. Eſt quoq; πολύσπερος, multis ſpiris & flexibus inuolutus.

Πολυσπερμία. affluentia ſeminis genitalis.

Πολύσπερμος. copioſe fundens ſemen.

Πολύσπλαγχνος. ualde miſericors.

Πολυσπορής. ἐος. ὁ, ἡ. habens diuerſa ſemi(na.

Πολυστάφυλος. ου. ὁ. uuis abūdans.

Πολυστεφής. ἐος. ὁ. ualde coronatus.

Πολύστολος. ου. ὁ. habēs magnam claſſem.

Πολύστονος. ου. ὁ. ualde mœſtus, faciens ſuſpirare, multi gemitus.

Πολύστυλος. ου. ὁ. q habet multas columnas

Πολυσυνδετον. ου. τὸ. figura eſt aſyndeto contraria, quæ fit cum multæ coniunctiones ponuntur. à πολὺς multus, & σύνδεσμος coniunctio.

Πολύσφαλμος. multo, uel denſo cortice.

Πολυσχιδής. ἐος. ὁ, ἡ. lacerus, multiplex.

Πολυσωματώτερος. ου. corpulentior.

Πολυτάλαντος. ου. ὁ. bene numatus.

Πολυτεκνία. ας. ἡ. multorū filiorum procreatio.

Πολυτεκνοῦσα. ης. ἡ. quæ habet filios mul(tos.

Πολυτέλεια. ας. ἡ. ſumptuoſitas, profuſio, luxus, magnificentia.

Πολυτελής. ἐος. ὁ, ἡ. ſumptuoſus, qui multa profundit, opiparus, pretioſus.

Πολύτεχνος. ου. ὁ. artificioſus.

Πολυτιμητίζω. μ. ίσω. π. ικα. multos honoro, uel à multis honore afficior, Heſychio.

Πολυτίμητος. ου. ὁ, ἡ. multo honore dignus, præclarus, πολυτιμώρητος.

Πολύτιμος. ου. ὁ. magno emptus, magno honore dignus habitus.

Πολύτλας. αντος. ὁ, ἡ. multa patiens, infœlix.

Πολυτλήμων. ονος. ὁ, ἡ. patiens.

Πολύτλητος. ου. ὁ. multa tolerans.

Πολυτοκία. ἡ. ſumma fœcunditas.

Πολυτόκος. ου. ὁ. fœtoſus, fœcundus.
Πολυφάσσων. ωνος. ὁ, ἡ. abundãs columbis
Πολύτρητος. ὁ, ἡ. multa habens foramina, foraminoſus.
Πολύτριχον. ου. τὸ. herba quã capillũ Veneris uocãt, quòd multa habeat capilla
Πολύτριχος. ου. ὁ. capilloſus. (mẽta.
Πολυτροπία. ας. ἡ. multiplices mores, multiplex & uerſatile ingenium, moroſitas.
Πολύτροπος. ου. ὁ. qui uerſatilibus eſt moribus. Homerus hoc nomine uocat Vlyſſem, quaſi multifaria ingenij dote, multiplici morum cognitione, uerſatiliq́ue ſolertia præditum.
Πολύϋλος. ου. qui diuiditur in multas materias.
Πολυφαγία. ας. ἡ. edacitas, uoracitas.
Πολυφάγος. ου. ὁ. edax, uorax; heluo.
Πολυφάρμακος. ου. ὁ. uenenis uel medicinis abundans.
Πολυφασία. ας. ἡ. loquacitas.
Πολύφατος. celebris, uulgatus.
Πολύφερνος. ου. ὁ, ἡ. dotatus.
Πολύφημος. ου. ὁ. famoſus, decantatæ famæ, illuſtris, garrulus. Forum quoque dicitur πολύφημον, in quo uarij rumores narrantur. Eſt & propriũ cuiuſdam Cyclopis Neptuni filij.
Πολυφιλία. multorum amicitia.
Πολύφιλος. multos habens amicos.
Πολύφλοισβος. ου. ὁ. reſonans.
Πολύφορβος. ου. ὁ, ἡ. multa nutriens.
Πολυφορία. ας. ἡ. fertilitas.
Πολύφορος. ὁ. multa ferẽs, ferax, capax, multorum malorum capax.
Πολυφόρος οἶνος. uinum quod multum aquæ ſuſtinere poteſt. Vulgo uinoſum uinum appellant.
Πολύφορτος. ὁ. onuſtus.
Πολυφραδής. έος. ὁ, ἡ. multi conſilij & prudentiæ.
Πολυφροσύνη. ἡ. prudentia.

Πολύφρων. ονος. ὁ. prudens.
Πολυφυές. τὸ. multifidum.
Πολυφωνία. loquacitas, garrulitas.
Πολύχαλκος. ου. ὁ. ſolidus, firmus. Epitheton cæli.
Πολυχανδής. έος. ὁ, ἡ. capax.
Πολυχειρία. ας. ἡ. magna manus, magnus exercitus, laborantium multitudo.
Πολυχοεῖν. fœcundũ eſſe et fertilem. Ariſtot. de Gene. anim. 4. ἡ δὲ φύσις ὁ δύναται πολυχοεῖν οὕτως, ὥστε ἐπαμφοτερίζειν.
Πολύχοος. ου. ὁ. ualde fuſus, uarius, multiplex, multifarius, numeroſus, fœcundus, copioſe fundens.
Πολυχρήματος. ου. ὁ. pecunioſus.
Πολυχρηματία. ας. ἡ. &
Πολυχρημοσύνη. ης. ἡ. abũdantia pecuniæ
Πολύχρηστος. ου. ὁ. ad multa utilis.
Πολυχρόνιος. ου. ὁ. diuturnus.
Πολύχροος. ου. ὁ. uerſicolor.
Πολύχρυσος. ου. ὁ. diues, auro abundans.
Πολύχυλος. ου. ὁ. ſuccoſus.
Πολύχυτον. ου. τὸ. copioſum & largum fluxum præbens.
Πολυψηφία. ἡ. multitudo cõſultantium.
Πολυώδυνος. calamitoſus, ualde afflictus, & triſtis.
Πολυώνυμος. ου. ὁ. celebris. Heſiodus πολυώνυμον ὕδωρ, id eſt multi nominis aquam, uocauit iridem à colorum multiplicitate.
Πολυωπός. οῦ. ὁ. multos habens oculos aut foramina, ꝓ πολυωπὸς. retis epitheton.
Πολυωρέω. ῶ. μ. ήσω. π. ηκα. multiplico, ſolicitus ſum, curam habeo. Actiu. accuſ. & aliquando cũ præpoſitione, ut πολυωρῶ εἰς τὴν ναῦν, curam nauis habeo. Opponitur autem τῷ ὀλιγωρεῖν, id eſt negligentem eſſe. ὡρῶ γὰρ τὸ φυλάσσω
Πολυωρία. ας. ἡ. cura. (σω.
Πολυωριτικός οῦ. ὁ. circunſpectus. (do.
Πολυωφελής. έος. ὁ, ἡ. q eſt magno cõmo

Πόμα. ατος. τό. potio, poculum.
Πομπαγωγέω. pompam duco.
Πομπαῖος. Mercurij cognomen, quod animas ad inferos deducat.
Πομπεία. ας. ἡ. conuicium, ſcomma.
Πομπεῖα. τά. utenſilia quæ ad luſtrationes, pompamq; pertinent, pompalia.
Πομπεῖον. ου. locus Athenis celeberrimus.
Πομπεύς. έως. qui pompam cogit, dux.
Πομπευτής. οῦ. ὁ. idem.
Πομπεύω. μ. εύσω. π. ευκα. mitto pompã, oſtento, incedo & progredior cum faſtu & pompa, glorior tanquam uictor. Item maledictis laceſſo, ſcommatis perſequor. Dicitur & πομπεύομαι paſſiua uoce pro eodem.
Πομπή. ῆς. ἡ. &
Πόμπιλος. ου. pompa, triumphus, & quæ uulgo proceſsio uocatur. Eſt etiam πόμπιλος è thunnorum genere quem Aelian. πόμφιλον appellat.
Πόμπιμον. τό. quod commode tranſmitti poteſt, aptus ad ducendum aliquem.
Πομπόβολον, pro πεμπώβολον.
Πομπός. οῦ. ὁ. dux itineris, comes, nuntius.
Πομποστολέω. μ. ήσω. π. ηκα. ναυστολῶ, claſſem naui deduco.
Πόμπυσμα. πόππυσμα.
Πομφαζειν. pompam ducere, inflari, exclamare.
Πομφολύζειν. ad modum bullæ tumere.
Πομφόλυξ. γος. ὁ. bulla, quæ naſcitur ex aqua cum pluit. Item ampulla, clypeorum eminentia, τ ἀσπίδων ἐξοχὰς. Dicta autem à uerbo πομφλάζειν, quod fluuiorum eſt, cum uehementer bullis efferueſcunt.
Πονέομαι, &
Πονέω. μ. πονήσω (cũ ad animum refertur) uel πονέσω (ſi ad corpus) π. ηκα. laboro, laſſeſco, doleo. Eſt etiam frangor & fatiſco, non duro, οὐκ ἀντέχω. Plato in Phædro, μὴ ὁ πονεῖν αὐτὴν ἐν τοῖς πόνοις γένοιτο. Item exerceor, & γυμνάζομαι, & πεπονηκὼς τὸ γεγυμνασμένον ſignificat, Plat. Polit. 5. Præterea laboro, id eſt labore & diligentia conficio, elaboro. Vnde πονούμενα opera elaborata, quæ opponuntur τοῖς παρέργοις, id eſt illaboratis, & obiter aliudq; agendo factis. Et πόνοι πεπονημένοι, labores exhauſti. Bud. Com.
Πονήματα. τά. labores, πόνοι.
Πονηρεύομαι. μ. εύσομαι. π. ευμαι. malignor. Depon. abſol.
Πονηρεύω. idem.
Πονηρία. ας. ἡ. nequitia, malitia, prauitas, flagitium, ſcelus.
Πονηρόπολις. ἡ. improborum ciuitas, quam in Thracia Philippus condidit, & peſsimos quoſq; homines in eam tranſtulit.
Πονηρός. οῦ. ὁ. prauus, peruerſus, malitioſus, improbus, ſceleſtus, ſons, noxius, facinoroſus. Item putris, carie uitiatus.
Πόνηρος. ου. agricola, laborioſus, infœlix, ruſticus.
Πονήρως. praue, imperite. Item ὀδυνηρῶς, cum dolore, ut πονήρως ἔχειν, incõmode habere, grauiter ægrotare.
Πονητέον. laborandum eſt.
Πονητικός. οῦ. ὁ. laborioſus.
Πόνιμος. exactor pœnarum.
Πόνος. ου. ὁ. labor, laſsitudo, dolor, morbus. πόνος σελήνης, eclipſis lunæ.
Ποντία. ας. ἡ. marina ſuperficies.
Ποντίζω. μ. ίσω. π. ικα. mergo. Actiu. accuſatiuo.
Ποντικά. auellanæ nuces.
Πόντιος. ου. ὁ. marinus.
Ποντόβροχος. ου. ὁ. à mari madefactus.

Ποντόθεν. ex mari.

Ποντοπόρος. ου. ὁ. per mare iens, mare penetrans.

Ποντοπορεῦντες. οἱ. mari euntes.

Ποντοποσειδῶν. ῶνος. ὁ. Neptunus.

Πόντος. ου. ὁ. pontus, mare, quaſi πόνος, quia laboribus plenus ſit.

Πονυπόνηρος. defeſſus.

Πόπανον. ου. τὸ. placentula rotũda, lata, & tenuis ſacrificijs apta.

Ποπίζειν. popiſſare, hoc eſt epopis aut upupæ uocem edere. ποππύζειν, καλά μλω φυσᾷν, καὶ αὐλεῖν, ὡς οἱ παῖδες.

Πόποι. papæ. Blandictis uox, aut etiam indignantis. Item

Πόποι. οἱ. dij, dæmones, quaſi τὰ πάντα διοπτεύοντες, id eſt omnia deſpicientes. Cæl. lib. 1. cap. 24.

Ποππύζω. μ. ύσω. π. υκα. demulceo, blande attrecto, quod ad equos pertinet. Item ſibilo, aut colliſis manibus inter ſe plauſum edo.

Πόππυσμα. ατος. τὸ. uox fictitia à ſono quo equis necdum domitis blandimur. Politian. Miſcel. cap. 32.

Πόρδαλις. pardus mas. nã fœmina πάρδαλις dicitur. παρὰ τὸ προσάλλεσθαι. Homerus πόρδαλιν animal uocat, πάρδαλιν uero pellem eius.

Πορδὴ. ῆς. ἡ. uentris crepitus.

Πόρε. præbuit, copiam fecit.

Πορεία. ας. ἡ. iter. Et

Πορεῖα. τὰ. εἰς πορείαν χρήσιμα, quæ ad profectionẽ ſunt idonea, uelut commeatus, uiaticum.

Πορευθείς. ὁ. profectus.

Πορεύομαι. μ. εύσομαι. π. ευμαι. eo. Vnde πορεύεσθαι εἰς τὰ κτήματα, hæreditatem adire. Neut. abſol.

Πορεύσιμος. ου. ὁ. meabilis, peruius.

Πορευτικός. οῦ. ὁ. greſſilis.

Πορεύω. μ. εύσω. π. ευκα. ago, duco, deduco, κομίζω.

Πορέω. do, præbeo. Actiu. accuſ.

Πορθέω. μ. ήσω. π. ηκα. populor, expugno, perdo.

Πόρθησις. εως. ἡ. populatio, deſolatio.

Πορθητής. οῦ. ὁ. populator.

Πορθμεία. ας. ἡ. uel

Πορθμεῖον. ου. τὸ. nauis, quæ Cæſari pontonis dicitur. ab eo, quòd ijs nauibus in traijciẽdis amnibus loco pontium utimur. Gallice ung bac. Vocatur et πορθμίς, et πορθμίδιον. Bayſ. de Re nau.

Πορθμεύς. έως. portitor.

Πορθμευτής. idem. (accuſ.

Πορθμεύω. μ. εύσω. π. ευκα. traijcio. Actiu.

Πορθμήϊον. τὸ. naulum, Callimacho.

Πόρθμιον. ου. τὸ. idem, trãſitus, traiectus.

Πορθμός. οῦ. ὁ. fretum, ſinus maris qui facile traijci poteſt, id eſt θάλασσα ἑκατέρωθεν ἤπειρον ἔχουσα.

Πόρθος. ου. ὁ. ramus, ſtirps, germen, pro πτόρθος.

Πόρια. τὰ. nauigia, quibus utebantur ad milites tranſportandos, quæ σπαρτιατικὰ πόρια appellantur à Diodoro. Quin & Plato de Leg. 3. πόρεια uocat currus, ſiue uehicula. Bayſ. de Re nau.

Πορία. ας. ἡ. facultas, abundantia.

Πόριες. οἱ. uituli.

Πορίζομαι. μ. ίσομαι. π. ισμαι. &

Πορίζω. μ. ίσω. π. ικα. quæro, comparo, comminiſcor, excogito. Vnde πεποριςμένον ἀργύριον Demoſth. pro pecunia ad diſſoluendum æs alienum confecta. Cicero cõficere pecuniam dixit, & curare. Deſcendit autem παρὰ τὸ πόρος. Bud. Com.

Πόριμος. ου. qui acris eſt cõmentationis ad excogitandum aliquid, ingenioſus, Greg & Syneſ. Cicero πόριμον parabile dixit, id eſt quod in promptu eſt, uel quod cito haberi poteſt,

ut Tuſcul. 5. Diuitias naturæ parabiles eſſe ait Epicurus. Significat etiam πόριμον, πραχωρητικὸν, id eſt facilè penetrans: uel περαιωτὸν καὶ ὑπόπορον, id eſt commeabile, tranſmiſſu facile, Galeno. Bud. ibidem.

Πόρις, pro πόρτις.

Πόρισμα. τος. τὸ. quod excogitatur, ut corollarium.

Πορισμός. ȣ̃. ὁ. ſuppeditatio, ſufficientia, adeptio pecuniarum, occupatio ad lucrum, quæſtus, lucrum, ratio uitæ quærẽdæ, quaſi ἀφορμή. Bud. Cõ.

Ποριστής. ȣ. ὁ. dator, ſuppeditator.

Ποριστικός, ſicut πόριμος, qui artificium nouit & rationem uitæ ſuppeditandæ. Et ποριστικὴ πόλις, in qua facile eſt uictum inuenire.

Πορητόν. quod facile ſuppeditatur.

Πόρκης, &

Πορκός. ȣ̃. ὁ. rete piſcatorium ex funiculis contextum. Homerus utitur pro fibula ſiue annulo, quæ ferrũ haſtæ cõtinet. Dicitur & πόρκης. ȣ. ꝑ eodẽ.

Πορνεία. ας. ἡ. fornicatio, ἀσελγεία.

Πορνεῖον. ȣ. τὸ. lupanar.

Πορνεύω. μ. εύσω. π. ευκα. ſcortor. Neutr. abſol.

Πόρνη. ης. ἡ. meretrix.

Πορνοβοσκεῖον. ȣ. τὸ. lupanar.

Πορνοβοσκός. ȣ̃. ὁ. leno.

Πορνοβοσκȣ̃ντες. οἱ. lenocinantes.

Πόρνος. ȣ. ὁ. mœchus, ſcortũ, cinædus, catamytus.

Ποροποιεῖν. tranſitum munire, & meatus aperire.

Πόρος. ȣ. ὁ. uadum, meatus, tranſitus, alueus fluminis, foramen. Item locus petroſus, & aſper. Item quæſtus, & idem quod πορισμός. ἀπὸ τȣ̃ πείρω ἢ περῶ τὸ τιλεῶ. Plato in Sympoſ. πόρον eſſe ait filiũ μήτιδος.

Πόρπαξ. κος. ὁ. annulus oſtij, lorum, uinculum, capulus armorum, ſcuti manubrium.

Πόρπη. ης. ἡ. fibula, bulla, monile.

Πόῤῥις. iuuenca, pro πόρτις.

Πόῤῥω. longè, procul, porrò. Genit. ut πόῤῥω τῆς πόλεως, procul ab urbe. Demoſthen. ἵνα μὴ πόῤῥω τȣ̃ παρόντος γένωμαι, Ne longius digrediar. πόῤῥω τῶν νυκτῶν, Ad multam noctem. Aliquando contrario modo ſignificat. Plato, πόῤῥω σοφίας ἥκεις; Vſqueadeò ſapiens es & eruditus? Vſq; eò prouectus es in ſtudio ſapientiæ? Bud. Com.

Πόῤῥω τȣ̃ ἀποχρῶντος. ſupra modum.

Πόῤῥωθεν. eminus, olim.

Πορρωτάτω. longiſſimè.

Πορσαίνω. μ. ανῶ. &

Πορσύνω. paro, præbeo, orno. Vtrunq; eſt poëticum, à πόρω, ὃ πορῶ τὸ πορίζω.

Πόρσω, ꝑ πόῤῥω. ἔμπροσθεν, procul, ultra

Πορτάζειν. uitulari, δαμαλίζειν.

Πόρταξ. ακος. ὁ. uitulus, iuuencus. Diminutiuum eſt à

Πόρτις. ιος. ἡ. uitula.

Πορωνη. laqueus.

Πορφάζω. μ. άσω. π. ακα. ſtimulo boues. Neutr.

Πορφύρα. ας. ἡ. purpura.

Πορφυρανθές. τὸ. quod florem purpureũ habet.

Πορφύρεος. ȣ. ὁ. purpureus, denſus, niger.

Πορφυρεύς. έως. ὁ, ἡ. qui purpuras capit, tingens purpura.

Πορφυρίζω. uergo in purpuram.

Πορφυρίς. ίδος. ἡ. ueſtis purpurea.

Πορφυρίων. ωνος. ὁ. porphyrio auis, & piſcis eiuſdem nominis.

Πορφυρόεις. όεντος. purpureus.

Πορφυρόπωλις. ἡ. uenditrix purpurarũ.

Πορφυρωδας. nomen auis.

Πορφύρω. μ. ρῶ. facio colorem purpu-

reum, rubeo, denigro. Item turbo, miſceo cogitando, βαθέως διαλογίζομαι, κυμαίνομαι διαλογισμοῖς, καλχαίνω, ut πόρφυρε κραδίη, cogitabat. A pur pura concha, quæ in imo mari inuenitur, translatione ſumpta.

Πόρω. μ. ορῶ. π. ορκα. præbeo. Act. accu.

Ποσάκις. quoties.

Ποσαπλάσιος. quotuplex.

Ποσαπλῶς. ſæpenumero, ſupra quàm dici poteſt, multipliciter.

Ποσαπός. ȣ̃. ὁ. quotus.

Ποσαπῶς. quàm multipliciter. alij ποσαχῶς.

Ποσαχῆ. quot in locis.

Ποσαχῶς. quotupliciter, ἀναριθμήτως. nam πόσον aliquando multum ſignificat.

Πόσε. quò, ποῖ.

Ποσειδάων. ονος. ποσειδῶν.

Ποσειδεών. ῶνος. ὁ. menſis apud Athenienſes ſeptimus, qui à nonnullis Septēber, ab alijs December eſſe creditur.

Ποσειδεῖος. ȣ. ὁ. Neptunius, Neptuni filius.

Ποσειδῶν. ῶνος. Neptunus.

Ποσειδώνιον. ȣ. τὸ. Neptuni fanum.

Ποσεχέστερος. ȣ. ὁ. propior.

Πόσθη. ης. ἡ. præputium.

Πόσθιον. ȣ. τὸ. mentula.

Πόσθων. ωνος. ὁ. idem. Alij herniosum & ſine præputio hoc nomine appellari uolunt.

Πόσιμος. ȣ. ὁ. potabilis.

Ποσιπτερνίδος. ἡ. uena in calcaneo.

Πόσις. ιος. potio. Item maritus, πόσιος ἀπὸ ȣ̃ ὕδατος μιγνυμένȣ τῇ γῇ, γεννητικὸν γίνεται τῶν φυτῶν καὶ σπερμάτων, οὕτω καὶ ἀνὴρ μιγνύμενος τῇ γυναικὶ αἴτιος γίνεται τῆς τῶν παίδων γενέσεως.

Πόσος. ȣ. ὁ. quantus, aliquantus, quotus, interrogatiuè.

Ποσσός. quotus, quantus, infinite.

Ποσόστις. quotus.

Ποσότης. ητος. ἡ. quantitas.

Ποσσῆμαρ, &

Ποσταῖος. ȣ. ὁ. quot, in quot diebus. Ποσταῖος πάρεις Quando uenisti?

Ποσημόριον. minima pars, ποσοστὸν μέρος.

Πόστος. ȣ. quotus, pro πόσος, quantus.

Ποσῶς. aliquantulum, ex parte.

Πόταγε. adeſdum. Dorice autem dicitur pro πρόσαγε, ſicut πότεχε attende, pro eo quod erat πρόσεχε.

Ποτάγχωμεν. propinquamus, appellimus

Ποταινί. nuper, recenter.

Ποταίνιον. nouum, peregrinum, recens.

Ποταμηγός. ȣ̃. ὁ. fluuialis.

Ποταμηδόν. fluminis in morem.

Ποτάμιος. ȣ. ὁ. fluuialis.

Ποταμογείτον. ȣ. uulgo fontinalis uocatur.

Ποταμοδιάρτης. fluuium penetrans, uel traijciens.

Ποταμός. ȣ̃. ὁ. fluuius. παρὰ τὸ πότον, ȣ̃ τὸ πόσιμον ὕδωρ ἔχων.

Ποταμόχωστος. ȣ. ὁ. terra quæ flumine operitur.

Ποτανός. uolucris, πτηνός.

Ποταπός. ȣ̃. ὁ. qualis, cuias, pro ποδαπὸς, quaſi ποίȣ ἐδάφȣς.

Ποτάω. uolare. Dicitur & ποτάομαι.

Ποταῶν. ad orientem ſitum, ἑῷον.

Πότε. quando, tandem.

Ποτέ. aliquando.

Ποτείδα, Attice. Neptunus.

Ποτέομαι. μ. ήσομαι. π. ημαι. τὸ ποτάω.

Ποτέον. bibendum eſt.

Πότερα, &

Πότερον. utrum, an.

Πότερος. ȣ. ὁ. uter, interrogatiuè.

Ποτέρως, aduerb. utrum.

Ποτέρωσε, pro ποτέρωθι. aliquando.

Ποτή. ῆς. ἡ. uolatus, πτῆσις. à πέτω, ſicut ab ἔχω, ὀχή.

Πότημα. potus.

Ποτήριον. ου. τὸ. calix, poculum. ἀπὸ τοῦ τὴν πόσιν τηρεῖν.

Πότης. ου. ὁ. bibulus, ut πότης λύχνος, multum olei conſumens, ellychnium.

Πότης. ητος. ἡ. potus.

Ποτητός. uolucris, à ποτάομαι.

Ποτί Doricè, pro eo quod eſt πρὸς, ἐν, & ποτὶ apud Hippocratem.

Ποτιδεγμένος. ου. ὁ. expectans, libenter accipiens.

Ποτιδέγμενοι οἴνῳ. uino domiti.

Ποτιδόρπια. τὰ. comeſſationes.

Ποτίζω. μ. ίσω. π. ικα. rigo, id eſt potum duco, potum do. Actiu. accuſ.

Ποτικός. οῦ. bibax.

Ποτικέφαλον. ου. τὸ. puluinar.

Πότιμα. ατος. τὸ. potus.

Ποτιματοποιός. οῦ. ὁ. potionum temperator.

Πότιμος. ου. ὁ. potabilis.

Ποτινίομαι. ingredior.

Ποτινίσσομαι. uenio, accedo. ἀνίω νίσω, νίσσομαι.

Ποτιόσσομαι. aſpicio, expecto.

Ποτιπτερύδης. idem quod προσπτερύδης.

Ποτιπτύσσομαι. μ. ύξομαι. π. υγμαι. applicor.

Ποτιφωνής. ῆος. ὁ, ἡ. loquax.

Πότμος. ου. ὁ. fortuna, ſors, mors.

Πότνα, pro πότνια. δέσποινα.

Ποτνιάδες. ῶν. mænades, bacchæ, furiæ.

Ποτνιάζομαι. ſupplico, oro, uoueo.

Ποπνιάζω. illicitis amoribus utor.

Πότνιος. ου. ὁ. uenerandus, pudicus.

Ποτνιάω, & ποτνιῶμαι. ſupplico, cum gemitu obteſtor, quirito, quod etiam quiritor dicitur.

Ποτνιώμενος. obteſtans deos.

Πότνος. idem quod πότνιος.

Ποτόμφω. olfacio, προσόζω.

Πότον. τὸ. &

Πότος. ου. ὁ. potus, conuiuium, de potu certamen.

Ποτός. οῦ. ὁ. potulentus, potabilis.

Ποῦ. ubi, fermè, partim, alibi. Bud. Cō.

Ποῦ χθονός. ubi terrarum? quò?

Πούς, ποδός. ὁ. pes, interdum ima pars claui. uide πόδας.

Π Ρ.

Πρᾶγμα. ατος. τὸ. res, cauſa. Item moleſtia, ut negotium Latinè. Plato, οὐδὲν πρᾶγμα, Nihil eſt incommodi & moleſtiæ. Οὐδὲν ἐστί μοι πρᾶγμα πρός σε, Nihil mihi tecum eſt negotij. Πρᾶγμα πράττειν, litem intendere, negotium faceſſere. Sed πράγματα plural. eſt πολιτεία, hoc eſt ipſa reip. adminiſtratio, ut πράγματα πράττειν, rebus ad remp. pertinentibus operam dare, actui rerum uacare & ius dicere, χρηματίζειν.

Πραγματεία. ας. ἡ. negotiatio. Itē opus commentatione compoſitum, ut Iſocrates orationem ſuam, uel libellum πρὸς δημονικὸν πραγματείαν appellat. Plato in Phædone pro commentatione ipſa poſuit, & intentione animi et uexatione, πολυπραγμοσύνη.

Πραγματεύομαι. μ. εύσομαι. π. ευμαι. ſum in negotio, aliquid tracto, ſatago circa aliquid & occupor, Gregor. εἰς βασίλ. Ex quo fit ut philoſophari & commentari ſignificet, hoc eſt animo occupari circa indagationem ueritatis & recti. Plato de Rep. 4. ἵνα μηκέτι πραγματευώμεθα περὶ σωφροσύνης, Ne inquiramus & commentemur. Hoc Cicero pertractare appellat, ut de Nat. 1. Ea uero ipſa nulla ratione melius frui potui, quàm ſi me non modo ad legendos libros, ſed etiam ad totam philoſophiam pertractandam dediſſem. Eſt & negotiari in aliqua re ad lucrum, cum accuſatiuo. Greg. τοῖς κάτω τὰ ἄνω πραγματευόμενον

πονόμενον. Sed hoc tranſlate. Item uexor, fatigor, negotijſq; implicor, apud eund. Item conſulto & de induſtria quippiam facio. Xenoph. καὶ δόρυ οὕτω πεπραγματευμένον, Haſtamq; cōſulto ita fabricatam, ne lædere poſsit. Bud. Com.

Πραγματεύς. ίως. ὁ. nogotiator.

Πραγματικοί. οἱ. infimæ ſortis homines, qui mercedula adducti, miniſtros ſe præbent in iudicijs oratoribus.

Πραγματικόν. ȣ̃. τὸ. quod eſt magno uſui, efficax.

Πραγματοδίφης. aduocatus, qui alicuius cauſam inquirit, δικολόγος, calumniator, ſycophanta.

Πραγματολογοῦντες. in narrandis rebus occupati.

Πραγματομαθής. ἐος. ὁ, ἡ. negotiorum expertus, prudens, ueteranus, induſtrius.

Πραγματώδης. εος. ὁ, ἡ. difficilis, intricatus.

Πρᾶγος. εος. τὸ. res, negotium, actio.

Πραεῖα. ας. ἡ. manſueta.

Πραθείς. ένος. ὁ. uenditus.

Πραθίζω. μ. ίσω. π. ικα. populor. Actiu.

Πράθω. μ. άσω. π. ακα. idem.

Πρακτέον. faciendum eſt.

Πρακτέος. ȣ. res de qua agendum eſt.

Πρακτικός. οῦ. ὁ. efficax, factibilis, actualis.

Πρακτός. ȣ̃. ὁ. agibilis.

Πράκτωρ. ορος. ὁ. interfector, perpetrator. Eſt etiam qui pecunias multatitias exigit, impoſtor.

Πραμνεῖος. ȣ. manſuetus.

Πράμνιος. ȣ. ὁ. epitheton cuiuſdam uini à loco, ἢ παρὰ τὸ πραΰνειν τὸ μένος.

Πρᾶν Dorice ἀντὶ πρώην. dudum.

Πρανής. έος. ὁ, ἡ. pronus, decliuis, præceps.

Πρανιχθείς. præcipitatus.

Πραξικοπήσας. muneribus corruptus, dolo agens, inſidiatus.

Πρᾶξις. εος. ἡ. exactio, actio, actus, officium. Vnde οἱ ἐν ταῖς πράξεσιν, magiſtratus, οἱ πολιτευόμενοι, καὶ οἱ τὰς ἀρχὰς ἄρχοντες. Μέγιστα πρᾶξις, rerum ſumma, Plinio actus rerum dicitur.

Τὴν δὲ πρᾶξιν ἐᾶν δ' ἐγγύους καὶ ἀμφοῖν. Verba ſunt in contractibus apponi ſolita, ſignificantia utrunq; in ſolidum obligari, & reos eſſe promittendi. Bud. Com.

Πρᾶος. ȣ. ὁ. manſuetus. παρὰ τὸ πάντα ῥαδίως ποιεῖν.

Πραότατα. manſuetiſsimè.

Πραότης. ητος. ἡ. manſuetudo, clemētia.

Πραπίς. ίδος. ἡ. exta ſiue præcordia, ſicut Cicero, Iram in pectore, cupiditatem ſubter præcordia locauit. Inde pro cura & induſtria ponitur.

Πρασιά. ᾶς. ἡ. ſulcus, areola hortorum, olerum conſitio. Heſych. πρασίαι (inquit) αἱ ἐν τοῖς κήποις τετράγωνοι λαχανεῖαι. hoc eſt (ut Plinius uocat) puluinorum tori, aut ſulcorum tramites.

Πρασίζω. μ. ίσω. π. ικα. uireſco, porraceus ſum.

Πρασίη. ης. ἡ. cura deorum.

Πρασιμός. ȣ̃. ὁ. uenalis.

Πρασινάς. ἡ. uiriditas.

Πράσιον. ȣ. τὸ. marrubium, de quo Plin. & πράσιον χρῶμα, uiridis color apud Platonem.

Πράσος. porraceus, colore porri, uiridis.

Πρᾶσις. εος. ἡ. uenditio, auctio.

Πρασικουρίς. ἡ. blatta, eruca.

Πράσον. ȣ. τὸ. porrum.

Πρατήρ. ῆρος. ὁ. lapis unde mancipia uendebantur.

Πρατήριον. ȣ. τὸ. forum.

Πρατίας. ȣ. uenditor.

Πρᾶτος. primus, Doricè.

Πράτρια.ας.ἡ.uenditrix.

Πράτης.ου.ὁ.uenditor.

Πράττομαι.μ.άξομαι.π.αγμαι.&

Πράττω.μ.άξω.π.αχα.facio. Vnde πράτ-τειν τὰ τῆς πόλεως, id eſt πολιτεύομαι, ſum in magiſtratu: πράττειν uero τὰ ἑαυτοῦ, eſt eſſe priuatum. Aliquando ſigni ficat contendo & laboro ut aliquid fiat, quod etiam agere dicitur Latinè: unde ἀντιπράττειν, refragari, & in contrarium laborare et contendere. Aliquãdo ut ἀναπράττω, exigo, cogo. Et abſolutè poſitum, uiuo, ago, forte aliqua utor. Inde βέλτιον πράττειν, ἄμεινον πράττειν, καλῶς πράττειν, & κακῶς πράττειν. Sed πρᾶγμα πράττειν, & πράγματα πράττειν, uide in πρᾶγμα. Bud. Com.

Πράττω.μ.άσω.π.ακα. uẽdo. Acti. accu.

Πραϋμενῶς.promptè, manſuetè.

Πραϋντικά.τὰ.mitigantia.

Πραϋντικός.ῦ.mulcens, leniens.

Πράϋνσις. mitigatio, id eſt moderatio & placatio iræ.

Πραΰνω.μ.υνῶ.mitigo, placo, manſuefacio.

Πραϋπάθεια.ας.ἡ.manſuetudo.

Πραΰς.mitis, facilis, manſuetus.

Πράως.placidè.

Πρεμνιάσαι. funditus euellere.

Πρέμνιον, &

Πρέμνον.ου.τὸ.robur, trũcus ex arbore, ramus, fundamentum.

Πρέμνος. ramus, ſtipes.

Πρέπον. decens, utile, pulchrum, ſimile, moderatum.

Πρεπόντως. decenter, quod Attici πρέπον dicunt, nomine pro aduerbio utentes.

Πρέπω. deceo. Et πρέπει, id eſt προσήκει, καθήκει, δεῖ. Datiuo.

Πρεπώδης.ους.ὁ,ἡ.decens.

Πρέσβα honorabilis, ueneranda. Fit au tem per ſyncopam à πρέσβειρα, quod fœmininum eſt à πρέσβυς.

Πρεσβεία.ας.ἡ. legatio. Item legatorum cœtus. Item deprecatio, Greg. Bud. Com.

Πρεσβεῖον.ου.τὸ.ſenium, dignitas, præſertim ſenilis. Item legatũ præcipuũ, quod pater maximo filio dedit, aut maiori. Inde accipitur & pro ipſo iure præcipuo maximi filij, quod ius primogenium, uel primigenia dici poteſt. Bud. Com.

Πρέσβειρα.honorabilis, πρέσβα, ut πρέσβειρα θεῶν, præſes et ætate uenerabilis

Πρέσβευμα.ατος.τὸ.legatio.

Πρεσβεύομαι.μ.εύσομαι.legationem mitto.

Πρεσβεύς.έως.ὁ.legatus.

Πρέσβευσις Atticè, ἡ πρεσβεία. Bud. Com.

Πρεσβευτής.ῦ.ὁ. legatus campi, legatus conſulis uel prætoris, ὁ ἀντιστράτηγος.

Πρεσβεύω.μ.εύσω.π.ευκα. legationem obeo. Et ſum legatus in exercitu, id eſt uicarius imperator. Item in legatione ago quippiam & tranſigo, cũ accuſatiuo, ut εἰρήνην πρεσβεύειν, Demoſth. Vnde τὰ πεπρεσβευμένα, ea quæ in legatione acta ſunt. Eſt etiã poſtulo, oro, παρακαλῶ, id eſt pro alio precator intercedo, deprecor, ut Greg. περὶ υἱοῦ lib. 2. de Chriſto dixit. Sic Cæſar Com. 1. Legatos ad Dumnorigem Heduũ mittunt, ut eo deprecatore à Sequanis hoc impetrarent. Significat etiam τὸ προτιμῶ, nihil antiquius habeo, τιμῶ, honorẽ habeo, in primis curo & efficere contendo, in primis pono, primas partes do, honore proſequor, primo loco pono & colo, ut θεὸν πρεσβεύειν, Syneſ. τὴν τέχνην πρεσβεύειν, Plat. Et Plut. ἀδικία τε καὶ ἀνομία πρεσβεύονται, in

primis cenſentur. Eſt etiam apud Herodo. τὸ πρεσβύτερον ἢ πρεσβύτατον ἀυὶ. Bud. Com.

Πρεσβῦτον. ου. τὸ. præmium quod pro honore datur, Ionicè pro πρεσβεῖον.

Πρέσβις. ιος. ὁ. legatus.

Πρέσβος. ου. ὁ. antiquior, uenerandus.

Πρεσβυγενής. έος. ὁ, ἡ. maior natu.

Πρέσβυς. εος. ὁ. ſenex. Itē ſenator auicula, interprete Theodoro. Sed ferè in plurali tantum uſurpatur, & loco eius ſingulariter πρεσβευτής.

Πρεσβυτάτη. ueneranda.

Πρεσβύτατον. honoratiſsimum. Latini antiquiſsimū dicunt, cum quid maximæ curæ nobis eſſe deſignāt. Cic. ad Att. Officium ſit nobis antiquiſsimum.

Πρεσβυτερεῖον. ου. τὸ. ſeniorum congregatio.

Πρεσβύτερος. ου. ὁ. ſenior, antiquior ætate, honoratior. Item πρεσβύτερον, anteuertendū, ἐπιμελείας ἀξιώτερον, antiquius. Cic. ad Att. 2. Vt omnes intelligerēt, nihil ſibi antiquius amicitia noſtra fuiſſe.

Πρεσβύτης. ου. ὁ. ſenex.

Πρεσβυτικός. ῆ. ὁ. ſenilis.

Πρεσβῦτις. ιος. ἡ. anus.

Πρευμενής. έος. ὁ, ἡ. mitis, manſuetus, ſanus. ἐκ τοῦ πρᾶος καὶ ὀυμενής.

Πρέψας. aſsimilatus.

Πρῆγμα. ατος. τὸ. negotium.

Πρηγορέων. prædicens, δημοκόπος.

Πρηγορεών. ῶνος. ὁ. gutturis illa eminens ueſicula in auibus, in quam primum cibus colligitur. διὰ τὸ προαγείρεσθαι αὐτόθι τροφήν. Hebraicè muriath appellatur.

Πρήθω. μ. ήσω. π. κκα. incendo, flo, ardeo. Actiu.

Πρηκτήρ. ῆρος. ὁ. factor, δραστήρ.

Πρημὰς, & πρήμνη. piſcis è thunnorum genere.

Πρημαίνειν. furere, uehemēter ſpirare.

Πρηνῆ, aduerb. in caput.

Πρηνής. έος. ὁ. pronus, præceps, hoc eſt in caput propendens, qui uultu eſt in terram deiecto.

Πρηνίζω. μ. ίσω. π. ικα. præcipito.

Πρῆξις. ιος. ἡ. utilitas, effectus.

Πρήσσω. μ. ήξω. π. ηχα. tranſeo, inflo.

Πρηστήρ. ῆρος. ὁ. cæleſtis flāma, fulmen. Item ſerpens, nomen ſortitus ex ſuis ardore, alio nomine δίψας & καύσων dictus.

Πρηστήριος. ου. ὁ. fulmineus.

Πρῆστις. piſcis quidam cetaceus.

Πρητώριον. ου. prætorium.

Πρηών. ῶνος. ὁ. ὀχὴ, eminentia, excellentia, cacumen.

Πρίαμαι. emo. Quidā in ſolo aoriſto uſitatum eſſe dicūt, reliqua tempora ab ὠνοῦμαι mutuari. Depon. accuſ. iung.

Πριαπισκωτός. ῦ. ὁ. priapiſcus.

Πρίζω. μ. ίσω. π. ικα. ſeco. Actiu. accuſ.

Πρίημι. emo.

Πρίηλις. ιος. ὁ. miles pedes.

Πριμιλέγιον. priuilegium, regia dignitas uel honor.

Πρίν. prius, antea.

Πρὶν ἄν. priuſquam.

Πριὸς, pro πρὶν ἢ. idem. Bud. Com.

Πρίσμα. ατος. τὸ. ſcobs.

Πρίνινος. ου. ὁ. iliceus, durus, ſolidus.

Πρῖνος. ου. ὁ. frutex, ex quo naſcitur coccus, & ilicis genus.

Πριόνωτος. ου. ſectus. ſerratus.

Πρίσμα. ſcobs, puluis lignorum.

Πριστήρ. ῆρος. ὁ. prælum, torcular.

Πρίστης. ου. ὁ. ſector, ſerra.

Πρίστις. ἡ. poculi genus.

Πριστός. ſerra diſſectus.

Πρίω. μ. ίσω. π. ικα. ſeco, dirumpo. Eſt etiam πρίω imperatiuus, à uerbo πρίαμαι. Actiu. accuſ.

Πρίω τοὺς ὀδόντας. ſtrideo dentibus.
Πρίσμα. ατος. τό. πρίσμα.
Πριάμενος. emens.
Πρίων. ονος. ὁ. ſerra.
Πριονοειδής. έος. ὁ, ἡ. habens figuram ſerræ.
Πριόνωτοι. ſerpentes quidam, quaſi dorſo ſerrato.
Πρίου. redime, libera.
Πρό. ante. Genit.
Πρὸ δούλου δεσπότης. hoc eſt dominus ſeruo præſtat.
Πρὸ ἕθεν. πρὸ ἑαυτοῦ.
Πρὸ ἔργου, & προὔργου. dicitur quod opera pretium eſt, præuertendumq́ & conducibile.
Προυργιαίτερον. antiquius, optatius, præſtantius.
Πρὸ μικροῦ. paulò ante.
Πρὸ ὁδοῦ. interdũ idem ſignificat quod πρὸ ἔργου. Ariſtot. νῦν δὲ τοσοῦτον ἡμῖν ... πρὸ ὁδοῦ γέγονεν, Tantum nobis iam cõfectũ eſt ad ea quæ mox dicturi ſumus. hoc eſt, Hactenus prælibandum fuit. Alibi ponit pro eo, quod in promptu eſt, & obuiũ atq; occurrens. Bud. Com.
Πρὸ ὀλίγου, paulò ante.
Προαγαγεῖν, Attice ἀντὶ προάγειν.
Προαγγέλλω. prior nuntio, prædico.
Προάγγελμα. τό. prædictio, prædiuinatio
Προάγομαι. prouehor, euado, erumpo, delabor. Demoſth. ἐπειδήπερ εἰς τοῦτο προήχθην τοῦ λόγου, Quando hucuſq; ego dicendo prouectus ſum. Et ἀντὶ τοῦ προάγω, pellicio, allicio, adhortor, adduco, excito, ut προάγεσθαι τοὺς πολίτας, Ariſtot. Polit. 2. & προάγεσθαι τοὺς πολεμίους, Xenoph. Eſt etiam εἰς ἀνάγκην καθίσταμαί τι ποιεῖν, & compellor, cum euſq; quis progreſſus eſt, ut referre pedem non poſſit, & regredi. Item ornor & creſco. Plut. μακρηγορίας τινὸς τῶν ὑπὸ ποιητῶν προήχθαι δοκούντων.
Προαγορευόμενα. interdicta.
Προαγόρευσις. ιος. ἡ. prophetia, prædictio, portentum.
Προαγορεύω. μ. εύσω. π. προείρηκα. prædico, iubeo, interdico. Actiu. accuſ.
Προαγκαλίζομαι τέκνα. ulnis capio liberos.
Προαγνεύω. prius luſtro.
Προάγω. μ. άξω. præcedo, progredior, procedo, ut πρόαγε, præi. Demoſth. translate poſuit, ἐπὶ πολὺ προάγει τῇ τε βίᾳ καὶ ὠμότητι, Magnopere in uiolentiam crudelitatemq́ euadit. Sic Athen. καὶ τέλος πόῤῥω προαγαγόντες ὕβρεως, Tandem eò petulantiæ euaſerunt & progreſſi ſunt. Item perpello, impello, ſtimulo, idẽ ferè quod ἐξάγω, Demoſth. Item proueho, deduco, Iſocr. πρὸς δόξαν. Eſt etiam proſtituo, produco, ut producere filiam apud Plaut. Item præſto, & hoc cum genitiuo. Dioſcor. προάγει δὲ πασῶν τῶν ῥητινῶν ἡ τερμινθίνη. Nam aliàs regit accuſ. Bud. Com.
Προαγωγεύς. έως. ὁ, ἡ. leno, μαστροπός. Latinè perductor uel productor dicitur.
Προαγωγεύω. μ. εύσω. π. ευκα. lenocinor, produco, hoc eſt proſtituo, προξενῶ. Actiu.
Προαγωγή. ῆς. ἡ. ſtuprum, proſtitutio.
Προαγωγικός. qui uim habet conciliandi amoris.
Προαγωγός. οῦ. ὁ, ἡ. προαγωγεύς, proſtitutor.
Προαγών. ῶνος. ὁ. initium pugnæ, præludium decreti, cum quid conſultatur antequam populus ſciſceret.
Προαγωνίζομαι præludo, id eſt certamẽ futurum meditor, in fronte pugno.
Προαγωνιστικόν. τό. præiudicialis cauſa.
Προαιδέομαι. reuerentiam debeo.

Προαιρέομαι

Προαιρέομαι. μ. ήσομαι. π. ημαι. eligo, id eſt malo, conſtituo, ſtatuo, mihi certum eſt, & conſultè aliquid facio, præripio.

Προαίρεσις. ιος. ἡ. propoſitum, uoluntas libera, inſtitutum, delectus, electus alterius præ altero. Vnde ἐκ προαιρέσεως ὑβρίζειν, & φονεύειν, id eſt τὸ ἐκ προνοίας: quod & κατὰ προαίρεσιν dicitur. Differt τοῦ ἑκουσίου. ἡ γὰρ προαίρεσις μετὰ λόγου καὶ διανοίας, Ariſtot. Ethic. 2. Bud. Com.

Προαιρετικὸς ἀνήρ. qui cupidè & libenter aliquid facit.

Προαιρετόν. τό. quod eligi poteſt.

Προαισθάνομαι. μ. προαισθήσομαι. π. προῄσθημαι. præſentio. Depon. genit.

Προαίσθησις. ἡ. præſenſio. onis.

Προαιτιάομαι. μ. άσομαι. π. αμαι. cauſor. Depon. accuſ.

Προακούω. μ. ούσω. π. ουκα. præaudio. Acti. genit. & accuſ.

Προακτικόν. procedens.

Προαλίσκομαι. præceps, temerarius.

Προαλίω. μ. ίσω. propendeo.

Προαλής. έος. ὁ, ἡ. præceps, decliuis, audax, impudens.

Προαμείβομαι. prætereo.

Προαμυνῶ. μ. υνῶ. protego. Acti. accuſ.

Προαναβάλλομαι. μ. οῦμαι. π. προαναβέβλημαι. præludium facio.

Προαναθρώσκειν. præſilire, in certamen deſcendere.

Προαναικλίομαι. prædefleo.

Προανακρούεσθαι. præludiũ canere, προκατάρχεσθαι τῆς ᾠδῆς, tergiuerſari, ἀναχαιτίζειν.

Προανασκευάζομαι. prouideo, præſtruo, multò ante comporto.

Προανασέλλω. reprimo.

Προανατείνω. prætendo.

Προαναφώνησις. ἡ. prædictio.

Προανέχω. emineo.

Προανίστημι. prius inſurgo, προαναθρώσκω.

Προανοικίζω. præcolligo.

Προαπαντάω. obuio.

Προαπάντησις. cum præpoſtero ordine, prius ſe offert quod poſterius eſt.

Προαπαυδάω. μ. ήσω. π. ηκα. prius defatigor. Neutr. abſol.

Προαπίς. πραπίς.

Προαποδείκνυμι. præeligo.

Προαποκόπτω. præcido.

Προαπόλωλας ἐμοῦ. periſti ante me.

Πρόαρον. τό. poculum ligneum, quo uinum miſcetur.

Προαρπάζω. μ. άσω. π. ακα. præripio.

Προαρτάω. prætendo, προαρμόζω.

Προασκέω prius curo.

Προασπιστής. οῦ. ὁ. propugnator, defenſor

Προάστειον. ου. τό. ſuburbium.

Προασφαλίζω. præmunio.

Προαύλια. τά. dies qui anteit nuptias.

Προαύλιον. ου. τό. præmium ſonandi, proludium in tibiarum cantu, ſicut πρόλογος in poëſi, προοίμιον in rhetorica propriè uocatur.

Πρόαυλον. ου. τό. ueſtibulum.

Προαυξεῖς. prouecti ætate, ac morbi qui ipſis accidunt, Hippoc.

Προαφίστημι. μ. ήσω. π. ηκα. ante tempus diſcedo. Neut. abſol.

Προβάδην. intereundum.

Προβαίνω. μ. προβήσομαι. π. προβέβηκα. præcedo, procedo, proficio, pertingo, extendo, ὑπερβαίνω, emineo. Neu. abſol.

Προβάλλω. μ. λῶ. π. βληκα. profero, promo, ἐκφέρομαι, ut illud Matth. 12. ὁ ἀγαθὸς ἄνθρωπος ἐκ τοῦ ἀγαθοῦ θησαυροῦ προβάλλει τὸ ἀγαθόν. Item quæſtionem in medium affero, ut ἀπορίας προβάλλειν, ænigmata proponere explananda, Plut. Symp. & Athen. 9. προβάλλοντες ἐρωτήσεις φορτικά, &c. Vnde προβλήματα, problemata, & in quæſtio-

nem adducta, & διηπορημένα. Item deſigno, creo. Greg. de Athan. ὑπὸ δὲ τῶν προβεβλῆσθαι. & Liban. προὐβάλετο χορηγός. Exiſtimo autē (inquit Bud.) uerbū hoc eſſe medium & cōmune, & utranq; ſignificationem ſub paſsiua uoce habere, quoniam actiuā uocem legiſſe non memini. Eſt itaq; aliquando προβάλλομαι id, quod nunc præſentem ſiſtere dicunt, & nominare: quale eſt, quod ius patronatus habere uocant, hoc eſt nominandi deſignandū. Demoſth. οὗτοι ἐχειροτόνησαν προβληθέντα, &c. Aeſch. περὶ παραπρ. ἐγὼ μὲν προυβλήθην ὑπὸ Ναυσικλέους. Greg. ὃν κοινὸν παιδευτὴν ἀρετῆς ὁ πάντος τηνικαῦτα προὐβάλλετο, deſignabat, creabat, præficiebat. Aliquando ſignificat propugnaculū oppono, uelamentum & integumentum obtendo & circundo, Demoſth. περὶ στεφ. ταῦτα προβαλόμενος ἐγὼ πρὸ τῆς Ἀττικῆς, His ego propugnaculis circūmuniui Atticum agrum. Vnde προβεβλημένος τῆς ἐκκλησίας apud Greg. dicitur eccleſiæ epiſcopus, defenſor, propugnator, protector. Et προβεβλημένον, obtentum, obductū. Greg. καὶ πάχυ τοῦτο δέρμιον προβεβλημένοις, Craſſa hac obductis caruncula. Sic obducere Latinis. Cic. de Nat. 2. Obducūturq; libro aut cortice trunci ſtirpiū. Ita quoq; λεόντειον εἶδος προβάλλεσθαι apud eundem Greg. ſignificat leoninā ſpeciē præ ſe ferre. Aliquando eſt protendo, & prætendo. Greg. ὕδρα ἐννέα κεφαλὰς ἀντὶ μιᾶς προβάλλει. Aliquando infeſtū telū objicio, & porrigo, ut προβαλλόμενος τὴν σάρισσαν, Polyb. Inde προβόλιον, uenabulū. Vnde & de pugilibus quoq; dicitur, pugnos infeſtos prætendentibus, Greg. κατὰ ἰουλ. 2. Aliquando cito, allego, ut προβάλλεσθαι νόμους, Greg. & προβάλλεσθαι μάρτυρας, producere teſtes, Iſoc. Aliquādo eſt inſimulo, poſtulo, hoc eſt reum defero, diem dico, Demoſt. κατὰ μειδ. Aliquando in rerum naturam produco, παράγω, Dionyſ. Aliquando reparo. Aliquando deſpuo, abominor, auerſor, execror, ut κανθαρίδας καὶ φαλάγγια προβάλλεσθαι, Plut. Idem in Galba de Othone, καὶ τὸν Πείσωνα δεδιὼς, καὶ τὸν Γάλβαν προβαλόμενον. Bud. Com.

Πρόβαλος. ου. ὁ. clypeus.

Πρόβασις. εως. ἡ. prouentus, propriè pecorum, ouium poſſeſsio, περιουσία. διὰ τὸ προβαίνειν.

Προβατεία ας. ἡ. paſcua ouiū, cura ouiū.

Προβάτιον, Attica lingua ouem ſignificat. Eſt & plantago minor.

Προβάτειος. ου. ouillus.

Προβατεύς. έως. opilio.

Προβάτευμα. τος. τό. πρόβατον.

Προβατικός. ῦ. ὁ. ouinus. Vnde probatica piſcina in Euāgelio, quoniam ſacerdotes in ea oues litandas lauabant.

Προβάτιον. ου. τὸ. ouicula.

Προβατοκάπηλος. ου. ὁ. uenditor ouium.

Πρόβατον. ου. τό. ouem ſignificat. ἢ πᾶν τι τετράπουν βόσκημα.

Προβεβηκώς. ότος. ὁ. iā ætate prouectus, Theodoro interprete.

Προβέβουλα. malui, præpoſui, prætuli.

Πρόβημα. ατος. τό. progreſſus, ſaltus, calceamentum uirile.

Προβιβάζω. μ. άσω. π. ακα. præmoneo, perſuadeo, hortor, ſuborno, introduco, inſtruo, quod uulgo informo dicitur, ut cum patronum cauſam noſtram acturū inſtruimus. Item ſubigo, futuo. Luc. in Act. ἐκ τοῦ ὄχλου προεβίβασαν Ἀλέξανδρον, de turba protraxerunt Alexandrum.

Προβιβάω. μ. άσω. π. ακα. procedo. Neut.

Πρόβλαστος. Bacchi cognomẽ. nã gẽmas agentibus uitibus ſacra ei faciebãt.

Πρόβλημα. ατος. τό. propugnaculũ quodcunq;, ut eſt ſcutum, ut teſtudo militaris. Lucian. de homine dixit, τὸ πρόβλημα τῆς ἑλλάδος, ſalus & tutela Græciæ. Et prætextus, propoſitio, problema, quæſtio, id eſt ζήτημα. Eſt etiam idem quod γέννημα.

Προβλὴς. ῆτος. ὁ. proiectus, eminens, præeminens.

Πρόβλητος. ου. ὁ. eiectus, ſaxum ſub mari.

Προβλώσκω. exeo, prodeo, extubero.

Προβοάω. præclamo, cohortor.

Προβολεύς. productor, γεννήτωρ.

Προβολή. ῆς. ἡ. prima pars phalangis, ſiue ſtatus pugilis in procinctu ſtantis, occaſioniq; inferendæ plagæ imminẽtis, ut agitatoris in carceribus equos, currumq; ſuſtinentis ἄγχεις ἂν ἐκ τῆς βαλβίδος ἐξίωσιν. Vnde Cic. ad Att. 13. Semperq; Carneades προβολὴν pugilis & retentionem aurigæ ſimilem facit. Sic ἐν προβολῇ ſtare Plut. in Cæſ. eſt in procinctu conſiſtere. Apud Iſoc. legitur pro actione quæ intẽditur, κατὰ τῶν συκοφαντούντων, ἀπὸ τοῦ προβάλλεσθαι τινὰ ἀδικεῖν. Eſt autem προβολὴ intentio & obiectio iudicij dictati, quaſi petitio digladiantis. Eſt etiam propugnaculum et caſtellum, ambitusq; mœnium, hoſtilem impetum arcens, ut Xenoph. τὰ ὄρη τῆς ἀττικῆς προκείμενα, προβολὴν τῆς χώρας uocat. Item proiectura & protectum, & pars prominens uel tecti uel ſuggrundæ, uel rei cuiuſcunq;, ut palpebrarũ pili προβολαὶ ſunt τῶν ὀφθαλμῶν. Inde pro integumento, tutela, lorica ponitur. Προβολὴ γραφῆς, facies picturæ. προβολαὶ καρπίμων, proceritates fructuoſorũ. προβολαὶ ἀπὸ τῆς γλώττης γράμματα, producuntur lingua literæ. Bud. Com.

Προβόλιον. ου. τό. uenabulũ quo ad apros conficiendos, & alias feras cum quibus cominus agendũ eſt, uenatores utuntur, uenatorium telum.

Πρόβολος. ου. ὁ. ſcopulus, promontorium, ſaxum eminens in mari, quod impetum æſtus frangit, Demoſth. Inde translatione ſumpta Greg. fortiſsimum epiſcopum eo nomine ſignificauit, qui tyranni ferociã infregit uirtute ſua. Accipitur & pro tutore, propugnatore, defenſore, & ſecuritatis cõciliatore, & præſidio, πρόβλημα. Xenoph. παιδ. δ. πρόβολος ἦν τοῦ πολέμου. Ariſtoph. Neb. πρόβολος ἐμὸς, σωτὴρ δόμοισ, ἐχθροῖς ἀνιαρός. Bud. Cõ.

Προβοσκίς. ίδος. roſtrum elephantis, uel muſcæ, quod Latinè quoq; proboſcis, ſeu promuſcis dicitur.

Προβουλεύειν. dicebatur curia Athenis, quando ante comitia populi, ea res conſulendo cenſendoq; in curia agitabatur, qua de re populus in concione rogandus erat, cuius ſcilicet erat ſumma poteſtas ut Romæ: In ea ſignificatione utitur Demoſth. περὶ στεφ. & περὶ παραπρεσβ. Vnde & pro prouidere & proſpicere ponitur. Et Προβεβουλευμένα appellat Demoſthen. præmia ſibi per curiam conciliumq; decreta. Et

Προβούλευμα. τος. τό. curiæ decreta, quæ ideo ad plebem referebantur concionantem, in cõcioneq; populi promulgabantur, ut populi ſuffragio confirmarentur. Et

Πρόβουλος. ου. ὁ. primarius in urbe, cõſul. Item πρόβουλος curia, quæ cõſilijs ſuis populo proſpicit, nequid perperã ab eo decernatur, aut aliàs incõmodo afficiatur, unde quærẽdæ uitæ perinde uacare nequeat. Bud. Cõ. & An.

Προγάμια. ſacrificium, conuiuium ante nuptias, & donationes ipſæ quæ ante nuptias offeruntur, authore Polluce.

Προγάστωρ. ορος. ὁ. uentricoſus.

Προγένειος. ου. ὁ. habēs barbā promiſſam.

Προγενέστερος. ου. ὁ. maior natu. Dicuntur quoq; προγενέστεροι, qui ante nos fuerunt.

Προγεύομαι. præguſto.

Προγευστής. οῦ. ὁ. prægustator.

Προγίνομαι. prius fio, præcedo, coràm appareo.

Προγινώσκω. μ. προγνώσομαι. π. προέγνωκα. præſcio, decerno. Actiu. accuſ.

Προγλωσσίς. ίδος. ἡ. linguæ extrema pars

Προγνήμιον. ου. τὸ. os quoddam in interiori parte ſuræ.

Πρόγνωσις. ιος. ἡ. præſcientia, prouidentia, præſagium, præcognitio.

Προγνώστης. ου. ὁ. futurorum præſcius, uates.

Προγνωστικόν. οῦ. τὸ. prognoſticum, id eſt rei futuræ ſignum.

Προγονικός. οῦ. ὁ. auitus, primitiuus. προγονικὰ κτήματα, poſſeſſiones à maioribus acceptæ.

Πρόγονοι. οἱ. maiores, id eſt præceſſores, progenitores.

Πρόγονος. ου. ὁ. proauus, auus, pater, progenitus, priuignus.

Προγονορχῶν. πρηγορεῶν.

Πρόγραμμα. ατος. τὸ. ſcriptura in frontiſpicio, inſcriptio alicuius rei uenalis, tabula pendula publicè propoſita ac ſuſpenſa, in qua edicta ſcribi conſueuerunt. Vnde pro edicto aliquando ponitur.

Προγράφομαι. præſcribo.

Προγραφή. ῆς. ἡ. proſcriptio.

Προγυμνάζω. præexerceo.

Προγυμνάσματα. τὰ. præexercitationes.

Προδεῖται. indiget.

Πρόδηλος. ου. ὁ. præmanifeſtus, manifeſtarius, προδιαλαβὼν, φρόνιμος, ἀνδρεῖος.

Προδιαβάλλω. calūnior, arguo.

Προδιαίτησις. præparatio per diætam.

Προδιασύρας. fœdera tranſgreſſus.

Προδιδάσκω. μ. άξω. π. αχα. prædoceo. Actiu.

Προδίδωμι. μ. δώσω. π. ωκα. prodo, amitto, deſero, negligo. Inde προδιδόναι τὴν δίκην, ἢ τὴν κατηγορίαν, præuaricari.

Προδιεληλυθὼς. qui præteriјt.

Προδιεξελθόντων. prius pertranſeuntes.

Προδιέστη. diſcordari iam cœperat.

Προδιερευνώμενοι. οἱ. præſcrutantes.

Προδιήγησις. ἡ. prænarratio.

Προδικασία. trimeſtre tempus, quo in prytaneo manebāt, qui aliquē de cæde accuſabant, atq; interea utriuſq; partis cauſas iudices examinabant.

Προδικῶ. cauſam alicuius ago, patrocinor.

Πρόδικος. ου. ὁ. protector, curator regis apud Lacedæmonios. Eſt item proprium, qui de Hercule ſcripſit præclarum opus. unde apud Cicer. de Offic. Hercules Prodicius.

Προδιόρθωσις. ἡ. præcedens correctio.

Προδοκάζω. μ. άσω. π. ακα. inſidior, obſeruo.

Προδοκή. ῆς. ἡ. locus inſidiarum.

Προδομέομαι. ante conſtruor.

Πρόδομοι σῦκοι. præcoces ficus.

Πρόδομον. ου. τὸ. &

Πρόδομος. ου. ueſtibulum.

Προδοσία. ας. ἡ. proditio.

Προδοσιχομπος. promiſſa ſua nihili faciens, fidei deſertor.

Προδότης. ου. ὁ. &

Προδοτικός. οῦ. ὁ. proditor, proditorius.

Προδοτικῶς. proditoriè.

Πρόδοτος. ου. ὁ. proditus.

Πρόδρομος. ου. ὁ. præcurſor.

Προδωμάτιον. ου. τὸ. ueſtibulum.

Προεγκαλῶ

Προεγκεῖσθαι. incumbere, προϋπάρχειν.
Πρόεγμα. firmum propoſitum, σύνεγμα.
Προεδρεύω. gero magiſtratum, ſeruio.
Προεδρία. ας. ἡ. prima ſedes, præſidentia, præeminentia, primus locus, primus accubitus.
Πρόεδροι. οἱ. decemuiri dicebantur, quaſi præſides magiſtratus quidam primi ſubſellij, quibus cæteri omnes ſedendi loco cedebant, hi ſeptenos dies imperabant. Bud. in Annot.
Προείργω. prohibeo, detineo. Act. accu.
Προεῖκε. præmiſit, ἀπὸ τοῦ προΐημι.
Προεκτικα. longè extenſa.
Προεθίζω. μ. ίσω. π. ικα. prius aſſuefacio. Actiu. accuſ.
Προείδομαι. præuideo, προγινώσκω.
Προειδόμενος αὐτῶν. proſpiciens illis.
Προειλημμένον. præiudicatum.
Προείλετο. uoluit, maluit, elegit.
Προεσκεφώς. præmeditatus.
Πρόειμι. procedo, proficiſcor.
Προεῖπον. iuſſerunt.
Προευμενιάω. placo.
Προεισπέμπω. accerſo aliquem in locũ alterius.
Προεκβάλλω. prius emitto.
Προεκδοῦναι. edere, id eſt tranſcribendi poteſtatem facere.
Προέκθεσις. εως. ἡ. præexpoſitio, cum prius dicimus, quid fieri oportuerit, deinde quid factum ſit. Quintil. lib. 9.
Προεκτίκτω. excludo.
Προεκφοβέω. anteterrefacio.
Προελαύνω. ante ſigna euehor. Et ita dicitur de equitibus, ut προάγω de peditibus.
Προέλευσις. prouentus.
Προελθεῖν. prodire, naſci.
Προέλομαι. eligo, uolo, cõſtitutũ habeo.
Προεμβολίς. ίδος. ἡ. lignum quoddam eminens ad prorã nauis, cui roſtrum affigitur, quo impetum faciũt in hoſtium claſſes. Dicitur & προέμβολον neutr. gener.
Προέμεν. promittere.
Προέμενος. deſerens, prodens, negligẽs.
Προενάρχομαι. anteincipio.
Προενώπια. in conſpectu, coràm.
Προεξειρεσία. ας. ἡ. locus in naui, in quo ſtant remiges.
Προεξοδεύω. præambulo.
Προεπιβουλεύω. inſidijs præuerto.
Προεπιπλήττω. μ. ήξω. π. ηχα. antepercutio, præmoneo, præcaſtigo.
Προεπιχειρέω. præmolior. Datiu. iung.
Προερέσσω. conuehor.
Προερέω. prædico, indico.
Προερεῦντες πόλεμον. indicentes bellum.
Προέρχομαι. uinco, exeo, præeo, prodeo. Vnde προέρχεσθαι ὁδὸν, conficere uiã.
Προερύω. μ. ύσω. π. υκα. traho. Act. accu.
Πρόες. dimitte, relinque.
Πρόεσις. εως. ἡ. dimiſſio, effuſio.
Προεστικός. όδος. ὁ. præfectus.
Προέσχοντο. prætendebant.
Προεστώς. præſes.
Προετικός. benignus, liberalis, prolixus.
Προέχεις. οἱ. præclari, eximij.
Προέχω. excedo, excello, ſupero. Genit.
Προηγέομαι. μ. ήσομαι. π. ημαι. antegredior, hoc eſt, ἡγέομαι τινὶ τὴν ὁδὸν, & præluceo, præſum. Vnde & pro ὑφηγεῖσθαι, προοδοποιεῖν, ponitur: quale eſt præire apud Latinos, ut apud Liui. ab Vr. lib. 8. Agedum pontifex publicus populi Rom. præi uerba, quibus me pro legibus deuoueã. De eo Bud. in Annot. Genit.
Προηγητής. οῦ. ὁ. qui cæco aut peregrino, uiæ dux eſt.
Προῆγμαι. prouectus ſum.
Προηγμένα, ſicut προηγούμενα. τά. primi motus. Eam uocem Cic. uariè uertit. nã nunc producta, et promota, nunc

præpoſita & præcipua appellat.

Προήγορος. ου. ὁ. princeps.

Προηγοριών. ῶνος. gurgulio, guttur, ſignum prominens in gutture. Neq; tã de auibus, quàm de hominibus dici ſolet. Suprà appellatũ eſt πηγοριὼν.

Προηγούμενα. primigenia, hoc eſt primordialia. Sic Varro de cupreſſo, Non enim galbuli qui naſcũtur, id ſemen eſt, ſed in his intus primigenia ſemina dedit natura, id eſt ἀρχοειδῆ καὶ προηγούμενα. Sic apud medicos προηγούμενα αἴτια, cauſæ morborũ ſunt internæ, & προκαταρκτικὰ externæ.

Προηγουμένως. præſertim, in primis.

Προηδυνόμαι. ante lætor.

Προήκατο τὸν ἄνθρωπον. dimiſit hominẽ, prodidit, præmiſit. à προΐημι.

Προηκής. præacutus.

Προήκω. procedo. καὶ προήκων, αὐξηθεὶς, προελθών.

Προημαρτημένα. τὰ. præterita peccata.

Προῆλθον. proceſsi.

Προῄρημαι. ſtatui, uolo.

Προηροσία. ας. ἡ. nomen ſacrificij pro fœlici futurarum frugum prouentu. Fiebat autem ante arationem, ut nomen ipſum indicat.

Προητοιμασμένος. præparatus.

Προσλαμβάνω. aſſumo, coniJcio, ſuſpi-

Προσλιπαίνω. craſſum reddo.

Προσλιπαρέω. μ. ήσω. π. ηκα. τὸ προσμένω, non diſcedo, aſsiduus ſum, affixus ſum, perſeuero, ſupplico, obnixè precor. Neutr. datiuo.

Προσλιπάρησις. ιος. ἡ. obſecratio.

Προσλογίζω μ. ίσω. π. ικα. exiſtimo, reputo, imputo. Actiu. accuſ.

Προσλογίσασθαι. referre acceptum.

Προσλυμαίνομαι. affero perniciem.

Προσμανθάνω. addiſco.

Προσμάττω. cõglutino, miſceo, appono.

Προσμάχομαι. depugno, decerto.

Προσμυθέω. addo fabulis.

Προσμειδιάω. μ. άσω. π. ακα. ſubrideo, arrideo.

Προσμελοῦμαι. curam gero, ἐπιμελοῦμαι.

Προσμένω. μ. νῶ. expecto, προσλιπαρέω.

Προσμολεῖν. accedere. à μόλω.

Προσνέμω. attribuo.

Προσνήχομαι. μ. ήξομαι. π. ηγμαι. adnato. Depon. datiuo.

Προσοδόομαι. percipio, καρποῦμαι. Bud. Comment.

Προσόδιος. ου. ὁ. itinerarius.

Πρόσοδος. ου. ὁ. à πρόσειμι, de quo ſuprà. ingreſſus, acceſſus, ἔντευξις, id eſt conuentio, aditio, hoc eſt παρουσία. Eſt etiam reditus, & obuentio, & uectigal & quæſtus. Item cõuentus, concilium, quaſi σύνοδος & πανήγυρις: quare pro aduocata concione ponitur, Iſocr. Πρόσοδοι etiam dicuntur ſupplicationes, & ad altaria puluinariaq́ deorum obſecrationes. Inde προσόδια μέλη, carmina quæ in huiuſmodi obſecrationibus & ſupplicationibus cani ſolebant, Athenæo. Cæl. li. 3. ca. 3. & Bud. Com.

Προσοικέω, uel προσοικίζω. accolo, iuxtà habito.

Προσοικοδομέω. ædifico.

Πρόσοικος. ου. ὁ. uicinus, incola.

Προσοιστέον. afferendum eſt.

Προσοκέλλω. μ. λῶ. applico, appello.

Προσολοφύρομαι. collamẽtor, cõgemiſco.

Προσομιλητικός. οῦ. ὁ. ſermocinatiuus. Quintilianus libro tertio partem iudicialem & cõcionalem προσομιλητικὴν, id eſt ſermocinatricem dicit, quæ à forenſi ratione diſiungitur, & eſt accommodata priuatis diſputationibus.

Προσομιλῶ. conuerſor, congredior, ſimul ſermocinor, προσαγορεύω.

Προσόμοιος. ſimilis, aſsimilis.

Προσομολογέω. aſſentior.

Προσομόργνυμι. inquino, abſtergo.

Προσομορέω. conterminus ſum. (ror.

Προσονειδίζομαι. exprobrationibus one-

Προσονειδίζω. obijcio, criminor.

Προσοράω. aſpicio.

Προσοργίζομαι. ultro indignor.

Προσορμάω. hoſtiliter accedo.

Προσορμίζω. appello, προσοκέλλω.

Προσόρμισις. appulſio.

Πρόσορος. ου. ὁ. conterminus.

Προσουδίζω. μ. ίσω. π. ικα. proſterno, terræ allido, πρὸς τὸ ἔδαφος ῥίπτω.

Προσουρεῖν. fœliciter agere, ſecundis uentis.

Προσούριος. idoneus, ἐπιτήδειος.

Πρόσουρος. ου. ὁ. conterminus. ἐν προσούροισι ἀγγέλοισι, Herodoto.

Προσοφλεῖν ζημίαν. multetur.

Προσοφλισκάνω. debeo. Actiu. accuſ.

Προσόφλω, uel προσοφείλω. inſuper debeo, etiam debeo, alio nomine debeo, ut ſi beneficij dator repenſo acceptoris

beneficio

beneficio debitor ſit, Ariſto. Ethic. 5. Accipitur etiam pro inſuper multari. Demoſthen. τὰς πεντακοσίας δραχμὰς προσώφληκε, Inſuper ipſe quingẽtis drachmis multatus eſt. Ex ui præpoſitionis, quæ aliquando in compoſitione amplius quiddã, & ultra deſignat. Bud. Com.

Προσοχή. ῆς. ἡ. attentio, diligens uictus ratio, κατανόησις, νῆψις.

Προσοχθίζω. μ. ίσω. π. ικα. deſpicio, infenſus ſum alicui, tædium moleſtiamq́ capio ex re quapiam. Actiu. accuſ.

Προσοχθίζω. appello ad litus, propinquo. Item odi, abominor, offendor.

Προσόχθισμα. ατος. τὸ. &

Προσοχθισμός. ῦ. ὁ. abominatio & idolum, offenſio, affectio, moleſtia ex re quapiam.

Πρόσοψις. ιος. ἡ. aſpectus, facies.

Προσπάθεια. ας. ἡ. affectio.

Προσπαίζω. illudo, iocor. Datiuo uel accuſat.

Πρόσπαιον. nouum, recens.

Προσπαλαίω. reluctor, appropinquo. Datiuo.

Προσπαραγράφω. adſcribo, iam ſcriptis (addo.

Προσπαρέχω. inſuper exhibeo.

Προσπάσσω. inſpergo.

Προσπάσχω. afficior immodicè, magno affectu hæreo, propenſus ſum & deditus alicui rei. cum datiuo. Nam πρὸς hic uehementiam denotat. Bud. Comment.

Προσπατταλόω. μ. ώσω. affigo.

Πρόσπεινος. ου. ὁ. eſuriens.

Προσπελάζω. appropinquo.

Προσπεριβάλλω. circumpono, induo, προσπεριλαμβάνω. Actiu. accuſ.

Προσπέρχομαι. prius decedo, præmorior.

Προσπετάννυμι. extendo, illido.

Προσπέτομαι. aduolo.

Προσπέφυκα. adhæreo, agnaſcor.

Προσπεφυκότως. strictè cohærendo, totis uiribus, fortiter.

Προσπεφυκώς. ότος. ὁ. coalitus.

Προσπήγματα. τὰ. pars quædam nauis.

Προσπηγνύω. μ. ήξω. π. ηχα. illido. Actiu.

Προσπίζω. μ. ίσω. propugno, adiuuo.

Προσπίπτω. irruo, προσβάλλω, impingo, incurſo. Verbũ fere militare. Item ſupplex fio, genibus aduoluor, καὶ ἐς μέσον καταβάλλω. Item accido. Vnde τὰ προσπίπτοντα. Ariſtot. Polit. 3. pro iis, quæ quotidie alia atq́ alia accidunt & occurrũt. Sic Cic. ad Att. Vetas me ſuſpicari quicquam acciſſe ad animum tuum, quod ſecus à me erga te commiſſum ſit. Datiuo. Bud. Com.

Προσπιστής. ῦ. ὁ. ꝓpugnator, auxiliator.

Προσπιτνέω. accumbo, procido, oro.

Προσπλάζω. appropinquo, προσπελάζω.

Προσπλάττω. affingo.

Προσπλέω. annauigo.

Προσπλωτός. nauigabilis.

Προσποθνήσκω. præmorior.

Προσποιέομαι. μ. ήσομαι. π. ημαι. ὑποτάττω, ſubiugo, adiũgo, Thucyd. Eſt etiam uendico, οἰκειῦμαι, meum eſſe contendo, ut iure ſibi aliquid uendicare, Iſæo. Plutarc. poſuit pro uendico, id eſt aſſumo, περιποιῦμαι, καὶ προσποιεῖσθαι τὴν δόξαν, inquit de nece Cæſaris. Eſt etiã ſimulo. unde μὴ προσποιεῖσθαι, diſſimulare. Depon. accuſ.

Προσποιέω. μ. ήσω. π. ηκα. idem, & mihi quæro, in rem meam uerto, Demoſt. κατὰ ἀφόβυ. Bud. Com.

Προσποίημα. ατος. τὸ. fucus, aſſimulatio.

Προσποίησις. idem, οἰκείωσις.

Προσποιητός. ῦ. ὁ. fictus, ſimulatus.

Προσπολεμέω. oppugno. Datiuo.

Πρόσπολος. ου. ὁ. ſeruus, miniſter in ſacris. (cris.

Προσπορεύομαι. accedo.

Προσπορίζειν. quærere, acquirere.

Προσπορισμός. ȣ̃. quod nobis acquiritur per eos qui in noſtra poteſtate ſunt, peculium.

Πρόσπταισμα. ατος. τὸ. offenſio, πρόσκομμα.

Προσπταίω. μ. αίσω. π. αικα. offendo. Neutrum.

Προσπτυξάμενος. amplexatus.

Προσπτύσσομαι, &

Προσπτύσσω. μ. ύξω. π. υχα. amplector, ſaluto.

Προσπύλαιον. ȣ. τὸ. ueſtibulum.

Προσραίνω. aſpergo, accedo, adijcio.

Προσράπτω. aſſuo.

Πρόσρημα. ατος. τὸ. cõpellatio, appellatio.

Πρόσρησις. εως. ἡ. alloquutio, ſalutatio.

Πρόσρριζα, &

Πρόσριζον. ſtirpitus, radicitus, unà cũ radicibus. Dicitur & πρόρριζα, uel πρόρριζον.

Προσρηγνοῦμαι. circumijcior, allidor.

Προσρυῆν. affluere.

Προσσημαίνω. præterea ſignifico, ut ῥῆμά ἐστι μέρος λόγου χρόνων διαφόρων προσσημαντικὸν, id eſt, cum actione etiam temporum ſignificatiuum.

Προσσημασία. ſignum additum, uel concurrens alijs ſignis.

Πρόσταγμα. ατος. τὸ. mandatum.

Προστακτικός. ȣ̃. ὁ. imperatiuus.

Πρόσταμα. cubiculum.

Πρόσταξις. εως. ἡ. iuſsio, & modus quidã inſtruendæ aciei.

Προστανύω. extendo. Actiu. accuſ.

Προστὰς, uel παραστάς. oſtij latus, antæ.

Προστασία. ας. ἡ. &

Πρόστασις. εως. præfectura, præſidentia. à προΐσταμαι. Item turma auxiliaris. Eſt etiam προστασία, cũ quiſpiam pro alio liti ſe opponit, & eius defenſionem ſuſcipit, euentumq́ præſtat, Demoſth. κατὰ ἐυέρ. Bud. Com.

Προστατέω, &

Προστατεύω. μ. εύσω. π. ευκα. præſum, propugno, primus ſum in acie.

Προστατήριος. ȣ. ὁ. Apollinis epithetum. uide προΐσταμαι.

Προστατεία. defenſio, προστασία.

Προστάτης. ȣ. ὁ. præſes, adiutor in bello, tutor, aſſeſſor, ſupplex, ſtans ad aram, patronus peregrini hominis. Mos enim Athenis fuit peregrinos aliquem è ciuibus ſibi προστάτην deligere.

Προστατικός. ȣ̃ patronus.

Προστάτις. ιδος. ἡ. mulier quæ rei alicui præſidet.

Προστάττομαι, ut ἐπιτάττομαι. imperium accipio.

Προστάττω. μ. άξω. π. αχα. impero, præſideo, mando curam uel onus, impero tributum uel collationem. Item attribuo, deſtino, aſsigno. Acti. accuſ.

Προστήκομαι τοῖς παθήμασι. liqueſco, atabeſco.

Προστηλικιώτης. ὁ. adultus.

Προστίλλω. aſtringo, ſuccingo, apprimo, comprimo, contraho, ad æqualitatẽ redigo, compono. Προσεσταλμένος etiam dicitur qui compoſitus eſt in frugalitatem, & ad temperantiam moderationemq́ redactus. Bud. Cõ.

Προστερνίδιον. ȣ. τὸ. pectorale equi.

Προστηθίδιον. ȣ. τὸ. προστερνίδιον. Significat etiam ſimulacrum ſiue imaginẽ non perfectam, ſed ad pectus tãtum deductam.

Προστηθίς. ίδος. ἡ. pectus pedis, hoc eſt eminentia illa circa digitos pedum.

Προστῆσαι. proſtituere, præficere, ποιῆσαι, producere.

Προστιβάζομαι. præcedo, μερίζομαι, προσπορεύομαι.

Προστίθεμαι, ex πρὸς quod uehementiam hic denotat, et τίθεμαι. aſſentior, aſti:

pulor, hæreo, tranſeo in partes tuas, in ſententiam tuam pedibus eo, faueo tibi. Plutarchus, προσθέμενος τοῖς ἀριστοτέλους λόγοις, Addictus dogmati Ariſtotelico: quod etiam τίθεσθαι dicitur. Alibi idem ἑαυτὸν παρέδωκε dixit pro eodem. Bud. Com.

Προστίθημι. μ. ήσω. π. θηκα. τὸ ἐκ σύνθεσιν τίθημι, appono, addo. Eſt etiã τὸ ἀνατίθημι καὶ προσάπτω, attribuo, contribuo, aſcribo, & προσλογίζομαι, imputo. Thucyd. τὸ δὲ ἐμπλήκτως ὀξὺ, ἀνδρὸς μοίρᾳ προσετέθη, Datum eſt uirilitati & aſcriptum. hoc eſt, Præcipitis celeritatis cauſam uirilitatem eſſe cenſebant. Eſt etiam addico, unde πρόσθετος. Προστέθηκα τῷ πράγματι, ἀντὶ τοῦ χαίρω καὶ τέρπομαι, & quaſi intabeſco & adliqueſco, ἀνασπάσας διάκειμαι, & abduci inde nequeo, & addictus ſum, προσπεφυκότως ἔχω. Bud. ibidem.

Προστιμάω. mulito. Datiuo & accuſ. ut προστιμᾶν τῷ δημοσίῳ eſt aliquem multare, ut pecunia Reipub. eſſet dependenda, Demoſthen. Bud. Com.

Προστίμημα. ατος. τό. multa, pœna legibus præfinita aduerſus iuris uiolatores.

Πρόστιμον. ου. τό. idem. Et pignus inter comedentes.

Προστομία. ας. ἡ. &

Προστόμιον. ου. τό. labiorum complicatio.

Πρόστομος. ου. ὁ. acutus, dentatus.

Προστυμφανής. in apertum.

Προστραγῳδεῖν. tragicè aliquid addere, tragicè alloqui. Strabo, προστραγῳδῶν δὲ τούτοις ὁ καταλαβόμενος.

Προστρέπομαι, &

Προστρέπω ſupplico, colo, honoro, adoro

Προστρέχω μ. προσδραμοῦμαι. ἀόρ. β. προσέδραμον, ἀπὸ τοῦ προσδρέμω. accurro. Neutrum.

Προστρίβομαι. τὸ ἀναμόργνυμαι, concilio, inuro, imprimo. Plut. καὶ διὰ τοῦτο τῇ μητρὶ προστριβόμενος αἰσχρὰν ἐπὶ τῷ ἀξίῳ διαβολὴν, Tranſlatio ſumpta eſt à coloribus infricatis, aut in occurſu attritis, quæ maculam contactu relinquunt, ut ſi quis incurrerit in carbonarium. Eſt etiam infligo, impingo, ut προστρίβομαι τινὶ τὰς αἰτίας ἢ μέμψιν, id eſt reijcio culpam in quempiam, & aliquo crimine uel alia re aſpergo, Plut. Item infligo, incutio, & ἐπιτίθημι, ut πληγὰς προστρίβομαι τοῖς οἰκέταις, Ariſtid. Bud. Com.

Προστρίβω actiue, pro eodem.

Προστρόπαιος. ου. ὁ. impius, parricida, ſceleratus, contaminatus. Item τὸ μίασμα, ſicut Latinis ſcelus pro ſceleſto. Et προστρόπαιος qui piaculum importat, qui religione obſtringit, ob quẽ religio oboritur, qui etiam ἐνθύμιος dicitur. Bud. Com.

Προστρόπαιος ζεύς. Iupiter ad quem ſupplices, uel egentes conuertuntur.

Προστροπαῖος. ου. ὁ. conuerſus.

Προστροπαίω. ſupplico.

Προστροπή. ῆς. ἡ. ſupplicatio, & reatus ob homicidium & piaculum, & contaminatarum manuum abominatio, & deteſtabile facinus, labes ſceleratæ contagionis. Significat etiam deuotionem & deteſtationem, diras imprecari Latini dicunt.

Πρόστροπος. ου. ὁ. circumuolutus manus ad pedes rogando.

Πρόστροχος. ου. ὁ. rotundus.

Προστυγχάνω. accido, attingo, manum admoueo. Datiuo.

Προστυχής. qui incidit aliquò, obuius.

Πρόστῳον. τό. locus ante porticum.

Πρόσυλος. qui materiæ adhæret, qui rebus caducis & concretis deditus eſt potius quàm abſtractis.

Προσυντίθεμαι. prius paciſcor.

Προσυπακουστέον. ſubaudiendum eſt.

Προσυπακούω. μ. ούσω. π. κα. ſubaudio.

Προσυπηρετεῖσθαι. inſeruire.

Προσφραγίζω. μ. ίσω. π. ικα. inſignio. Act.

Προσφανές ἐστι. manifeſtum eſt, liquet.

Προσφάσθαι. alloqui.

Προσφάσιον. ου. τό. pulmentarium.

Πρόσφατος. ου. ὁ. recens, iuuenis. Propriè dicitur de recenter iugulato. nam φάσαι iugulare eſt. unde φάσγανον.

Προσφάτως. recenter.

Προσφημίζω. μ. ίσω. uel ίσω. π. ικα. facio ſplendidam rationem, defendo.

Προσφερής. έος. ὁ, ἡ. ſimilis, aſsimilis.

Προσφέρομαι. admoueo, adhibeo, Plat. de Rep. 8. Itē utor, ut προσφέρεσθαι ἵπποις, Xenoph. Item ſum beneficus in aliquē. Herodian. οἷς ἀφειδῶς προσεφέρετο αὐτοῖς, Quibus effuſiſsime eos proſequebatur. Item prælio congredi, Plut. frequens. Item eſito, cibum ſumo, uel aſſumo, ut Celſ. dixit. Theophr. 4. ἔδειν γὰρ ἰσχυρῶς πολὺ προσεγκαμένον. Vnde προσφερόμενον, cibus, poculum. Προσφέρομαί σοι, ut Demoſth. uel προσφέρομαι πρός σε, ut Iſocra. exhibeo me tibi & præſto, ago tecum bene, aut ſecus. Bud. Comment.

Προσφέρω. affero. Item cibum offero edendū, & porrigo poculum & medicamētum, ut medicus ægroto, Galeno. Eſt etiam ori uel naribus admoueo, Ariſtot. Probl. Sect. 2. Actiu. accuſ. Bud. Com.

Προσφεύγω. confugio. Datiuo iung.

Προσφιλές. τό. gratum.

Προσφθέγγομαι. alloquor, ſaluto.

Προσφθεγκτήρια. τά. dona uocabantur quæ ſponſus pro ablata uirginitate donabat.

Πρόσφθεγμα. τό. alloquium.

Προσφθάνομαι. meo malo accedo.

Προσφιλής. έος. ὁ, ἡ. qui amat, amabilis, dilectus, accommodus.

Προσφιλοκαλέω. decoro.

Προσφιλονεικέω. contendo.

Προσφιλοπονῶ. τῷ φιλοπόνως καὶ σπουδαίως προσίεμαι.

Προσφιλοσοφῶ. addictus ſum philoſophiæ.

Προσφιλῶς. amicè.

Προσφορά. ᾶς. ἡ. oblatio. Item cibus & cibi aſſumptio.

Πρόσφορος. ου. ὁ. accōmodus, aptus, item peſtiuus, facile parabilis, utilis.

Προσφόρως. conuenienter.

Προσφυής. έος. ὁ, ἡ. aptus, commodus. Et προσφυῶ, quæ ſedem in qua hærent nunquam mutare ualent.

Πρόσφυξ. perfuga, profugus.

Προσφύομαι. adhæreo, affixus ſum, incumbo. Datiuo iung.

Προσφύς. υῶτος. ὁ. agnatus, accretus, inhærens, complexus, ἐνδακών. Plato in Timæo, προσφυῶτα ἐκ πυρὸς καὶ ὕδατος. Et mordicus. Lucia. Sympoſ. καὶ τὴν ῥῖνα προσφὺς ἀπέτραγεν.

Προσφύω. μ. ύσω. agnaſcor, accreſco, adhæreo.

Προσφυῶς. domeſticè, familiariter, conſequenter.

Προσφωνέω. μ. ήσω. π. ηκα. alloquor. Item promitto, dedico. Actiu. accuſatiuo.

Προσφώνημα. τό. ſalutatio.

Προσφώνησις. εος. ἡ. allocutio.

Προσχαιρητήρια. feſtum apud Athenienſes, ὅτι δοκεῖ ἀνιέναι ἡ κόρη.

Προσχηματίζω. effingo, affingo.

Πρόσχες. intende.

Πρόσχημα. ατος. τό. ſtatus, occaſio. Item uelamentū, prætextus, προκάλυμμα, obtentus: uel color, quo Quinti. uſus eſt: per cauſam, & per ſimulationē, Cicer.

Cice. Dicitur & per ſpeciem. Significat quoque propugnaculũ. Item decus atque res uiſenda, quaſi προέχον σχῆμα καὶ ἀξιάριθμον, Herodo. Vnde πρόσχημα Καμβύσου, & cætera. magnificam ſpeciem regiæ Perſicæ, & ſpectatu mirabilem uocat Ariſtot. de Mun. Plutarch. πρόσχημα τῆς ἀκροτάτης ἀρχῆς, dictaturæ maieſtatem uocauit. Eſt etiam calceamenti genus anteriori parte diſſectũ. Bud. Com.

Προσχηματισμός. figura dictionis eſt, cũ in fine ſyllaba aſſumitur.

Προσχειρίζομαι. promo, inſtituo, appono.

Προσχόμενος. prætendens.

Πρόσχορδον. conſonum, σύμφωνον.

Προσχράομαι. utor.

Προσχών. appellens, προσορμίσας, auſcultans.

Προσχωννύω. accumulo.

Προσχωρέω. accedo, deficio. Thucyd. ἰδόντα δὲ καὶ προσχωρήσειν ἡ πόλις ὑπό τινων ἔνδοθεν πρασσόντων. Inde pro adhærere, aſſentiri, & ſequi alterius partes ponitur. Item accõmodo, trãſmuto, cũ accuſ. προσκεχωρήκασι τὴν γλῶσσαν πρὸς τὸ Ἰωνικὸν ἔθνος.

Πρόσχωρος. ου. ὁ. uicinus, finitimus.

Πρόσχωσις. ιος. ἡ. alluuio.

Προσψαύω. μ. αύσω. π. αυκα. attingo, id eſt primoribus digitis tango. Item ſtringo, ἐπιψαύω. Actiu. accuſ.

Προσψεύδομαι. affingo, ementior.

Προσψηφίζομαι. decerno.

Πρόσω. ante, ultra, ulterius, prorſum.

Προσῳδά. τά. inſtrumenta quæ neruis intenduntur: quæ etiam κρουόμενα, ἔγχορδα & ἔντατα dicuntur.

Προσώδης. foetidus: ſed cũ ι ſubſcripto, tumidus.

Προσῳδία. ας. ἡ. accentus, Priſciano interprete. à πρὸς & ᾠδή. Eſt enim modulatio, quæ adhibetur ſyllabis dictionum. Gellius ſcribit προσῳδίαν ueteres appellaſſe tum notas uocũ, tum moderamenta, tum accentiunculas, tum uoculationes. Critias citharœdicos cantus etiam προσῳδίας appellauit.

Προσῳδός. οῦ. ὁ. citharœdus, cantor.

Προσωθεῖσθαι. atteri, collidi, προστρίβεσθαι.

Προσώκειλε. impegit, offendit, applicuit.

Προσῶθει. impelle, protrude.

Προσωνομασία. ας. ἡ. agnominatio: figura apud Quintil. quæ aut ſimilitudine aliqua uocum, aut paribus, aut cõtrarijs uertit in ſe aures & excitat

Προσώπασι, ἀντὶ τοῦ προσώποις, metaplaſmo.

Προσωπεῖον. ου. τό. &

Προσώπιον. ου. τό. &

Προσωπίς. perſona, larua, uultus, πρόσχημα, μορμολύκειον.

Προσωπίζειν. confirmare.

Προσώπη. aſpectus, facies.

Προσωποληπτεῖτε. perſonam reſpicitis. Ea uoce utitur D. Iacobus in ſua epiſtola.

Προσωπολήπτης. ου. ὁ. acceptor perſonarũ.

Προσωποληψία. ας. ἡ. acceptio perſonarum. προσωποληψία παρὰ τῷ θεῷ οὐκ ἔστι.

Πρόσωπον. ου. τό. uultus, facies. Iulius Poll. ait πρόσωπον ſignificare id quod fronti ſubeſt, ut cõplectatur oculos, naſum, os, genas, mentum. Gellius lib. 13. ca. 19. annotat faciei uocabulũ apud Latinos latius patere, quàm Græcis πρόσωπον. Proinde de homine tantum dicitur, quòd cum unus animantium erectus ſit, ſolus antrorſus proſpectat, uocemque anteuerſus emittit, quaſi πρόσωθεν ὄπωπεν. διὰ γὰρ τὸ μόνον ὀρθὸν εἶναι τῶν ζῴων, μόνον πρόσωθεν ὄπωπεν, καὶ τὴν φωνὴν εἰς τὸ πρόσω διαπέμπει, ut ſcribit Ariſtot. li. 3. de Part.

Quod autẽ in homine πρόσωπον eſt, in brutis irrationalibusq́ προτομὴ dicitur, ſicut in auibus ῥύγχος & ῥάμφος. Theologi quoq; πρόσωπον uocãt perſonam, non qualis fuit Roſcij in theatro, ſed ſubſtantiã indiuiduam & intelligentem, quam etiam ὑπόστασιν appellant.

Προσωποποιΐα. perſonæ confictio, cum rebus inanimatis perſonam orationémque tribuimus.

Προσωπορεία. ꝓfectus uiæ, προκοπὴ ὁδοῦ.

Προσωβητία. Athenis uas æneum erat echino perſimile. ſic dictũ quòd leonum & ferarum imagines in oris ambitu circumpictas haberet.

Προσωρμία. ſtatio nauium.

Προσώτατος.ου.ὁ. longiſsimus, ἐσώτατος. τοῦ προσωτάτω, latiſsimè, longiſsimè, dictum per ellipſin τοῦ ὁδοῦ.

Προσωτάτω, & προσωτάτως. longiſsimè.

Προσωτέρω. ulterius.

Προσώχθισε. abominatus eſt, impegit. ἀ προσοχθίζω.

Προταμεῖν. præſcindere, prius arare, proficere, ſuperare.

Πρόταξις. pugna aperta, in priori aciei parte conſtitutio.

Προταινί. ſuper, nouiter, promptè.

Προταίνιον. paulo antè, uel dudum.

Πρότασις.εος.ἡ. ꝓpoſitio apud logicos, ut homo currit. Ariſtotel. in Topicis tradit πρότασιν eſſe quæſtionem, quæ in unam duntaxat partem effertur: ut, Suntne diuitiæ bonæ? quam ſi in utranq; efferas partẽ, πρόβλημα fiet: ut, Sũt'ne diuitiæ bonæ, an nõ bonæ.

Πρότακτος. in priori acie pugnans.

Προτάσσω.μ.άξω.π.αχα. præordino, præpono.

Προτεγίσματα.τά. quæ tecto ſuperiecta ſunt ad arcendum imbrem.

Προτείνομαι. excuſo, id eſt prætendo, prætexo, Liban. Item palam offero, profero in medium. Demoſth. περὶ παραπ. τὴν ἀπολογίαν ὁρῶ προτεινομένους. Bud. Com.

Προτείνω.μ.τενῶ.π.τακα. protendo, porrigo. Item πρότασιν ποιῶ, hoc eſt διαπορῶ, in quæſtionem & dubiũ reuoco, diſputandam eſſe contendo aliquam rem. Bud. Com. Acti. accuſ.

Προτεῖον.τὸ. primatus.

Προτεῖος.ὁ. primarius.

Προτειχίζω. præmunio.

Προτέλεια.τά. dicuntur ἃ πρὸ τῶν γάμων δωρεά, uel τὰ πρὸ τῶν γάμων δῶρα, ut inquit Pollux: donatio propter nuptias: προγάμια etiam dicta, καὶ ἡ προμύνοις. Sed refertur etiã ad alias res, ut τὰ προτέλεια τῆς συνουσίας, Lucia. id eſt ueluti tyrociniũ & initiatiuum.

Quin & omnia primordia rei diuinæ faciendæ ſic appellantur, Greg. Bud. Com.

Προτέλειοι ἀρχαὶ dicebantur ab Atticis, αἱ πρὸ τῶν γάμων μετὰ θυσιῶν ἀρχαί. Sed tranſlate accipitur à Dionyſ. pro precibus quæ fiunt ante ſacroſanctam epulationem, aut aliam rem ſacram ad quam accingimur. Bud. ibidem.

Προτεθνηκέσας. prius mortem obijt.

Προτελέω.μ.έσω.π.εκα. initio. Vnde προτελεῖσθαι dicebãtur ſponſa & ſponſi, cum ſe idoneos & puros redderent: quemadmodum & cætera quoque, quæ expiandi gratia ante rem ſacram fiebant, eodem uocabulo ſignificari ſolent. Bud. Com.

Προτεμένισμα.ατος.τὸ. tẽpli ueſtibulũ.

Προτένθης.ου.ὁ. prægustator, uorax, qui præemit minoris, ut pluris deinde uendat, propola.

Προτενής.έος. protenſus.

Προτερεῖν, &

Προτερέω.μ.ήσω.π.ηκα. primas teneo, præpondero, præmaturo.

Προτέρημα. ατος. τό. priuilegium, prærogatiua.

Προτερίζω molior quiddam noui.

Πρότερον. prius, antea.

Πρότερος.α.ο. prior, propriè de duobus.

Προτέρω. prius. ἐπὶ τὸ προτέρω, antea, iam antea, προσωτέρω.

Προτέρως. anterius, ἃς τοὔμπροσθεν.

Προτέρωσε. ulterius, longius.

Προτεταγμένοι. milites, qui in fronte collocati ſunt.

Προτήθη.ης.ἡ. aui uel auiæ mater.

Προτὶ ἄστυ. ad urbem.

Προτιάπτω. affigo, προσάπτω, agglutino.

Προτιδέγμαι. excepi, aſſumpſi, expecto.

Προτιειλέω.μ.ήσω.π.ηκα. uerto, torqueo. Actiu.

Προτίθεντο. apponebant.

Προτίθημι.μ.ήσω.π.θηκα. propono, προτείνω. Προτιθέναι ψῆφον & ἀναδιδόναι, permittere iudicibus ut ſententiam dicant. Bud. Com. Actiu. accuſ.

Προτιμάω.μ.ήσω.π.ηκα. curo, rationem rei habeo, κήδομαι, in primis curo & efficere contendo, nihil antiquius habeo, præfero, honorem præ cæteris habeo. Actiu. accuſ. & genit.

Προτιμότερον. antiquius, præſtantius, optatius.

Προτιόσσομαι. præuideo, præſagio.

Προτιπτύσσομαι. amplector, παρακαλῶ.

Πρότμησις.ιος.ἡ. &

Προτμητός. οῦ. ὁ. umbilicus, quòd primum in infante ſecetur: ἦτρον, ſumê.

Προτογενέστεροι.οἱ. progenitores, ſeniores

Προτόγονος. primigenitus.

Προτολμίζειν. prætentare, præire.

Προτομή.ῆς.ἡ. bulcus. Item pars capitis in animalibus infra frontem & oculos, quod in auibus ῥύγχος & ῥάμφος, in homine πρόσωπον propriè dicitur. Vnde & in ariete machina, & in nauis prora caput eo nomine ſignificatur. Dicuntur & imagines προτομαὶ quæ uſq; ad umbilicum pinguntur.

Προτόνιον. τό. palliolum quo ſacerdos induebatur, moxq; poſt ſacrificium ei qui mactauerat imponebat, ὥρασμα. Dicebatur autem προτόνιον, ὅτι πρῶτη πανδώρα μετὰ τῶν ἀδελφῶν κατεσκεύασε τοῖς ἀνθρώποις πλὴν ἐκ τῶν ἐρίων ἐσθῆτα, authore Suida.

Πρότονος.ου.ὁ. rudens, id eſt funis.

Προτοῦ. antehac, antequàm, πρώην.

Προτρεπτικός.ή.ὁ. inſtructiuus, exhortatiuus.

Προτρέπομαι, & (tor.

Προτρέπω.μ.ψω.π.ερα. dirigo, exhor-

Προτρέχω. præcurro. Neut. datiuo iung.

Προτριβής. acris, acutus.

Προτριτάτην. nudiuſtertius.

Προτροπάδην. conuerſim, conſternatê.

Προτροπάω.μ.ήσω.π.ηκα. uerto, flecto. Actiu.

Προτροπή.ῆς.ἡ. exhortatio, παράκλησις.

Πρότροπος οἶνος. quod defluit antequam uuæ calcentur.

Προτυπόω. fingo, imaginor, pono (ut uulgo dicitur) caſum. Vnde προτύπως, ἀπολύτως.

Προυγκλῶν. iniuria afficere.

Προϋπακηκόομαι. prius ſuadeo.

Προϋπολαμβάνω. prius exiſtimo.

Προὐμνάομαι. peto, ambio.

Προὔνικος. ου. ὁ. mercenarius, baiulus, conuiciator, ὑβριστής. παρὰ τὸ νῖκος, ἢ παρὰ τὸ ἐνέγκειν τὸ κομίζειν.

Πρὸ νοός. collis, βουνός.

Προνοέστερος. prouidentior.

Προξενῶ. concilio, hoſpitio ſuſcipio.

Προϋπαρξις.ιος.ἡ. præexiſtentia.

Προϋπαρχή.ῆ. ἐπαρχή.

Προϋπάρχω. μ. ἄρξω.π.αρχα. præexiſto.

Et aliquando de tempore dicitur, ut προϋπάρχοντες νόμοι, antiquiores leges. Aliquando idem quod ὑπάρχω, id eſt priores partes in beneficio aliquo collocando occupo, Demoſt. Bud. Com.

Προϋπισχνέομαι. prius promitto.

Προϋποκείμενα, dicuntur τὰ πρότερον φύσει ὄντα, quæ ἐν τοῖς προηγουμένοις cenſentur, quæ præeuntia & antegredientia Latinè dici poſſunt.

Προϋποτιθέμενα. idem, hoc eſt ſuppoſita.

Προϋπτεύω. anteſuſpicor. (tus.

Πρῦπτος. ου. ὁ. manifeſtus, uiſibilis, cer-

Προὐργιαίτερον. melius, utilius, antiquius, praſtabilius.

Προὔργος. ου. ὁ. ualde conferens, quaſi πρὸ ἔργου. Vnde προὔργου τι ποιεῖν, operæ pretium facere. Bud. in Annot.

Προὔργου. potius, præſtabilius.

Προϋφεστηκότα. præorſa & primordia naturæ.

Προὔχειν. eminere, excellere, prætexere, præbere, uaticinari.

Προφαίνω. μ. ανῶ. π. αγκα. aperio, palam facio, faciem præfero, præluceo, portendo, & ſignifico aliquo prodigio.

Προφανής. έος. ὁ, ἡ. perſpicuus, ꝑpatulus.

Πρόφαντον. ου. τό. oraculum, præuaticinatum.

Πρόφαντος. conſpicuus, clarus, celebris.

Προφάσεως ἕνεκα. defunctoriè, id eſt quæſito prætextu.

Προφασίζομαι. μ. ίσομαι. π. ισμαι. &

Προφασίζω. μ. ίσω. π. ικα. capio occaſionem, cauſor, ſimulo, prætexo, excuſo. Actiu. accuſ.

Πρόφασις. εως. ἡ. prætextus, excuſatio, occaſio, oratio, cauſatio, πρόσχημα.

Πρόφασσα. ἡ. prompta, præueniens in dicendo. (mus.

Προφερέστατος. ου. ὁ. præſtantiſſimus, optimus

Προφερέστερος. melior, præſtantior.

Προφερής. έος. ὁ, ἡ. proferens, cuius facies multos annos præ ſe fert cum ſit iunior.

Προφέρομαι, &

Προφέρω. profero. Et hoc aliquando pro obijcio, exprobro, ὀνειδίζω, ut προφέρειν τὴν δυσγένειαν. Sic Cicer. Vt nullũ dictũ petulans proferatur, id eſt obijciatur. Aliquando cito, allego, παρέχομαι, δικαιολογοῦμαι, ut litigantes προφέρουσι τὰ δικαιώματα, uel eorum patroni. Sic proferre inſtrumentum, in Pandect. Aliquando τὸ ἐπιδίδωμι, ἐπίδοσιν ποιῶ, proficio, incrementum facio. Conſtruitur cum datiuo, aut accuſatiuo.

Πρόφημι. μ. ήσω. π. προείρηκα. prædico.

Προφητεία. ας. ἡ. prophetia.

Προφητεύω. μ. εύσω. π. ευκα. uaticinor, præſagio, interpretor, quaſiq; antiſtitis officio perfungor. Neutr. accuſ.

Προφήτης. ου. ὁ. propheta, antiſtes.

Προφητοφόντες. οἱ. prophetarum percuſſores. (cuſ.

Προφθάνω. præuenio, προάγω. Actiu. ac-

Προφιλῶς. amicè.

Προφορά. ᾶς. ἡ. enunciatio, pronunciatio, elatio.

Προφορικός. οῦ. ὁ. eloquẽs, enunciatiuus.

Πρόφορος. ου. ὁ. humor cruentus et aquoſus intra membranas quibus fœtus continetur.

Πρόφραγμα. locus ante ſeptum, uel ſcenam.

Πρόφρασσα. prompta, beneuola, πρόφασσα.

Πρόφρων. ονος. ὁ. promptus, alacris, propenſus, beneuolus, prudens.

Προφρόνως. promptè.

Προφυγεῖν. fugere.

Προφυλακή. ῆς. ἡ. præcautio, ſpecula, uigiliæ.

Προφυλακίδες ναῦς. ſpeculatoriæ naues.

Προφύλαξ. primus excubitor.

Προφυλάττομαι. præcaueo.

Προφυτεύω. fundamenta alicuius rei iacio, præparo.

Προχάζομαι. progredior, cedo.

Προχάνη. ης. ἡ. occaſio, prætextus, πρόσχημα.

Προχαιριστήρια. τὰ. dies feſtus apud Athenienſ. quo magiſtratus finita iam hyeme, & fructibus germinare incipientibus, Mineruæ ſacra facere omnes ſolebant.

Πρόχαλον. labiorum prominens pars.

Πρόχαλος. ου. ὁ. labroſus.

Προχείμασις. ἡ. tempeſtas quæ eſt ante diem ſtatutum. Veget. lib. 4. ca. 40.

Προχειρίζομαι. habeo in manibus & pono, promo, ædo, ante oculos pono, expromo, repræſento, Syneſ. Eſt etiam deligo, deſigno, ad aliquid faciendũ ſumo, & eligo. Luc. in Act. cap. 22. ὁ θεὸς τῶν πατέρων ἡμῶν προεχειρίσατό σε, delegit te. & ca. 26. προχειρίσασθαί σε, ut te deſignarem. Sic Polyb. Plut. in Gal. & Plat. Bud. Cõ.

Προχειρίζω. μ. ίσω. π. ικα. idem.

Πρόχειρος. ου. ὁ. expeditus, facilis, promptus, lubẽs, paratus, uulgaris, omnibus notus. πρόχειρον ἦν, in promptu erat.

Προχείρως. promptè, expeditè.

Προχειροτονέω. μ. ήσω. π. ηκα. deligo. à porrigendis digitis, quo geſtu ſuffragabatur olim populus. Actiu. accuſ.

Προχειροτονίζω. μ. ίσω. π. ικα. idem.

Προχειροτονία. Athenis dicebatur, cum quod in ſenatu conſtitutum erat, ad populum id, ut confirmaret, referebatur. Populus autem primò ſuffragia faciebat, deliberandum ne longius ſuper ſenatus conſulto, an ſimpliciter recipiendum.

Προχεύματα. τὰ. præfuſiones.

Προχέω. μ. εύσω. π. υκα. effundo. Actiu. accuſ.

Πρόχευσις. ιος. ἡ. libatio.

Πρόχθυσις. oſtium fluminis, in mare effuſio.

Πρόχνυ. geniculatim, ad genua, in genubus, quaſi πρὸς γόνυ.

Προχόη. ης. ἡ. uas concauum. Sed προχοὴ, oſtia fluuiorum in mare, & eorum aluei, ac fluxus omnis aquæ.

Προχοΐδιον. ου. τὸ. uas uinarium.

Προχοΐς. ίδος. matula, ἀμίς.

Πρόχοον. ου. τὸ. gutturnium, ἐπίχυσις.

Προχόω. μ. ώσω. π. ωκα. exaggero.

Πρόχυσις. ιος. ἡ. alluuio, libatio.

Προχύτη. ης. ἡ. genus uaſis, primitiæ, hordea, aqua quæ in aurem uictimæ infundebatur.

Προχύω. effundo.

Προχῶμαι. αἱ. nates.

Προχωρέω. procedo, ut εὖ προχωρεῖ τὸ πρᾶγμα, bene ſuccedit res.

Προωθοῦσι. propellunt, protrudunt.

Προώλης. ante tẽpus perdẽdus, πανώλης.

Προῶμαι. deſerã, remittã, παραχωρέσω.

Πρόωνος. decliui montium loci.

Πρόωνται. deſerant.

Πρόωρα. prima germina.

Πρόωρος. ου. ὁ. immaturus, præcox.

Προώρως. immaturè, intempeſtiuè.

[illegible]όωσις. ἡ. ὤθησις, propulſio.

Π[illegible]λωσις. mortuorum elatio, funus.

Πρυλέες. ἰος. ὁ, ἡ. uel πρύλις. pedes.

Πρύμνα. ης. ἡ. puppis, quòd ultima ſit in naui.

Πρύμνηθεν. à tergo. De uento dicitur cum ſecundus eſt.

Πρυμνήσιον. ου. τὸ. funis, quo nauis ad cõtinentem religatur; rudentẽ Plin. uocat, alij oram.

Πρυμνόθεν. funditus, radicitus.

Πρυμνός. οῦ. ὁ. ultimus.

Πρυμνώρεια. ας. ἡ. radix montis, extre-

mitas montis.

Πρυτανεῖα. τὰ. pecunia, quam uterq; litigantium, tam actor, quàm reus, in Prytaneo deponebat, quæ & παρακαταβολὴ dicebatur, de quo ſupra. Latine ſportula appellatur. Suidas author eſt, reditus publicos Athenis πρυτανεῖα appellari, & eo nomine metallorum uectigalia & fori, id eſt rerum uenditarum & portatorium intelligi, & quicquid à ſocijs uel ſubditis penſitaretur, & quicquid ex manubijs, uel rebus publicatis redigeretur, quorum cumulus bina millia talentûm propemodum conficiebat. Bud. Com.

Πρυτανεῖον. ου. τὸ. locus Athenis, in quo iudices & magiſtratus uerſabãtur, cõſultabantq;. Eo in loco quoq; alebantur publicè bene meriti de Rep. qui honos habebatur maximus, ut ex Cicerone de Orat. intelligitur, Vt ei (inquit) uictus quotidianus in prytaneo publicè præberetur. Sic dictum quaſi πυροῦ ταμίειον, id eſt tritici promptuarium, uel horreum publicum.

Πρυτανεύομαι. μ. εύσομαι. π. ευμαι. adducor.

Πρυτανεύω. μ. εύσω. π. ευκα. uerbum hoc ab ijs deducitur, qui πρυτάνεις uocabantur, quæ erat quinquagena classis, id eſt ἡ τῶν πεντακοσίων Athenis, quæ in dies quinq; & triginta imperij ſummam obtinebat: & ſignificat regere, moderari, adminiſtrare & condere, & pro imperio cõſtituere, ut τὴν εἰρήνην ἐπρυτάνευσε, Iſocr. id eſt pacem firmauit, & confecit. Et Ariſtoph. Achar. ἢν μὴ περὶ εἰρήνης πρυτανεύητε, Niſi conſuletis, conſilia agitetis, & de pace agatis. Bud. Com.

Πρυτάνεις. ου. ὁ. &

Πρύτανις. ιος. & in plurali τοῖς πρυτανεῦσιν, & πρυτάνεσιν. diſpenſator, gubernator, quæſtor, frumentorum præfectus, quaſi πυρόταμις. Copioſe de hoc uocabulo diſſerit Bud. Com.

Πρῷ. τὸ πρωΐ.

Πρῴζον. nudius tertius.

Πρωθήβης. ου. ὁ. exiſtens in prima pubertate, impubis.

Πρωθύστερος. ου. ὁ. præpoſterus.

Πρώην. pauloante, primum.

Πρωΐ. manè, intempeſtiuè, ante tempus conſtitutum, πρώϊμον.

Πρωΐα. ας. ἡ. matutina hora.

Πρωϊαίτατα. ſummo mane.

Πρωϊαίτερος. ου. ὁ. tẽpeſtiuior, maturior.

Πρωϊανθής. primo uere florens.

Πρωϊβλαστεῖν. primo uere germinare.

Πρωϊβλαστής, &

Πρωΐβλαστος. ου. mature germinans.

Πρώϊζα. primum, mane.

Πρωϊζόν. paulò ante præteritum, heſternum.

Πρώϊμος. matutinus, præcox, præmaturus.

Πρωϊνός. οῦ. ὁ. matutinus.

Πρώϊον. hora matutina.

Πρώϊος. ου. ὁ. matutinus.

Πρωϊόσπορα. frumenta quæ præmaturè ſerenda ſunt.

Πρωϊσπορῶ. præmaturè ſemino.

Πρωκτός. οῦ. ὁ. podex.

Πρωκτοτηρεῖν. aſpicere adulterorũ nates dum depilantur. ita enim publicè adulteri plectebantur. Suid.

Πρωκτοβίας. remiſſus, diſſolutus, pronus

Πρὼν, πρωνὸς. ὁ. eminentia montis, & radix eius, collis.

Πρώξ. ωκός. ὁ. ros, Dorice.

Πρώονες. οἱ. loca incurua.

Πρῷρα. ας. ἡ. prora.

Πρωράτης. ου. ὁ. &

Πρωρεύς. ῆος. ὁ. qui hominibus ad prorã imperat, ipſamq́ regit.

Πρωςάτης. ου. ὁ. qui primus ſtat.

Πρῶτα, pro πρῶτον. Atticè, primũ. Neutris enim ſingulariter & pluraliter in aduerbiorum ſignificatione indifferenter utuntur. Τὰ πρῶτα, primæ partes. Sic Vergil. 5. Emicat Eurialus & munere uictor amici Prima tenet. τὰ πρῶτα, uel πρωτεῖα ἄρειν, primas referre.

Πρωταγωνιςής. οῦ. ὁ. qui agit primas partes.

Πρωταγωνιςῶ. primas actiõis partes ago.

Πρωτατικὸς πρόσωπος. aduentitia perſona, quæ ſemel inducta in principio fabulæ, in nullis deinceps partibus fabulæ adhibetur.

Πρωτεῖον. ου. τὸ. principatus, primus honor, primatum locus. Τὰ πρωτεῖα, id eſt τὰ πρῶτα. Latini etiam primas appellant.

Πρωτέλαια. primitiæ.

Πρωτεύς. έος. ὁ. Proteus.

Πρωτεύω. μι. εύσω. π. ευκα. priores partes duco, primas teneo, plurimum authoritatis obtineo. Dicitur quoq́ πρωτεύεσθαι. Eraſ. prouerb. Alpha penulatorum.

Πρώτιστος. ου. ὁ. primus.

Πρότμησις. ιος. ἡ. pars corporis circa umbilicum, eò quòd ibi ſectio in corporibus primò fiat.

Πρωτόπλοος. primũ nauigans, πρωτόπλους.

Πρωτόβαθρος. ου. ὁ. qui in eminentiſsimo loco ſedet, ὁ προεδρείας ἀξιωθείς.

Πρωτοβολεῖν. priorem iaculari.

Πρωτόβολος. equus, qui iam primum dentes emiſit, pullus.

Πρωτογεύστης. ου. ὁ. prægustator, quales ſunt in principum aulis.

Πρωτόγονος. ου. ὁ. primogenitus.

Πρωτογόνος. primò enixus.

Πρωτοθοινία. ας. ἡ. prima cõuiuij portio.

Πρωτοκαθεδρία. ας. ἡ. prima cathedra.

Πρωτοκήριος. ἡ. primicerius.

Πρωτοκλισία. ας. ἡ. primus recubitus.

Πρωτόκουρος ἀμνὸν, uel πρωτόκουρος πόα dicitur, quæ primum tondetur. Bud. Com.

Πρωτόλεια. τὰ. primitiæ frugum, prima ſpolia.

Πρωτολογεῖν. primas partes occupare in actione, primò agere.

Πρωτολογία. primæ partes agendi.

Πρωτόμφαλον. ου. τὸ. clypei umbilicus.

Πρῶτον. primum. uſurpatur ſæpe uice comparatiui.

Πρωτόπλοος. primum nauigans, aut qui primũ naui in aliquem locum uenit.

Πρωτοπαγής. έος. ὁ, ἡ. &

Πρωτοπαγός. οῦ. ὁ. nuper uel primò fabricatus.

Πρωτόπλαστος. ου. ὁ. primo fictus & creatus, ut Adam.

Πρωτόπλοος. ου. ὁ. primo nauigans. Epitheton nauis nouæ.

Πρωτοπορεία. dicitur de ijs qui primò incedunt.

Πρωτόποσις. ἡ. quæ uirgo iam primum nupſit marito, πρωτόπαρος.

Πρωτοπραξία. ἡ. quod primum exigitur.

Πρῶτος. ου. ὁ. primus.

Πρωτός. fortunæ ſubiectus.

Πρωτοςάτης. ου. ὁ. præantiſtes, alæ præfectus.

Πρωτοτοκία. τὰ. primogenia.

Πρωτότοκος. ου. ὁ. primogenitus.

Πρωτοτόκος. ου. ἡ. primò enixa.

Πρωτόμυσται. οἱ. primum alicuius ſacris initiati.

Πρωτότομος ἄμπελος. uitis quæ prima putatur.

Πρωτοτομῶ. in primis puto.

Πρωτότυπον. ου. τὸ. exemplar.

Πρωτότυπος. ου. ὁ primitiuus.

Πταίρω. ſternuto, πτάρνυμαι.

Πταῖσμα. ατος. τὸ. error, peccatum, delictum, crimen, caſus, lapſus quilibet, detrimentum, damnum. Refertur & ad fabularum exactionem in ludis ſcenicis, quam Terent. in prolo. Ecyræ calamitatem appellat.

Πταίω. μ. αίσω. π. αικα. eſt propriè impingere ad quippiā, ac labi. Leuius eſt, quàm cadere: quemadmodum et impingere poteſt qui non planè concidat. Ponitur itaq; pro errore peccare, delinquere. Neutr. abſol.

Πτάκις. ιδος. pauidus.

Πτακισμός. ȣ. ὁ. timiditas.

Πτακαρεῖν. timere, pauere.

Πτάμενος. uolans.

Πτανεῖον. ȣ. τὸ. culina.

Πτὰξ. κός. pauidus, δειλὸς, πτώξ.

Πταρμικός. ȣ. ὁ. habens uim ciendi ſternutamenta, ſternutationem prouocans ac proliciens, ſternutatorium. Vnde πταρμική. ῆς. ἡ. herba, quaſi ſternutamentaria.

Πταρμός. ȣ. ὁ. ſternutatio, ſternutamentum.

Πτάρνω, &

Πτάρω, & πτάρνυμι. ſternuto. Neutr. abſol.

Πτάω. μ. ήσω. ἀόρ. β. ἔπτην. uolare. Neu.

Πτε. ſyllabica eſt adiectio, facta per ſyncopam à ποτὲ & τίπτε pro cur.

Πτελέα. ας. ἡ. &

Πτελεός. ȣ. ὁ. ulmus. Item urbis nomen.

Πτέλεθρον. iugerum, πλέθρον.

Πτέρινος. alatus, πτερωτός.

Πτέρις. filix herba.

Πτέρνη. ης. ἡ. calcaneum. ἀπὸ τȣ͂ πατεῖν proculcare, et ἔρα terra. Vnde et πτέρνη τῆς πόλεως, apud Lycophrontem.

Πτερνιστήρ. ῆρος. ὁ. calcar.

Πτερνίδες. αἱ. fundum, & baſes peluium medicorum.

Πτερνίζω. μ. ίσω. π. ικα. ſupplanto. Acti.

Πτερνισμός. ȣ. ὁ. ſupplantatio, dolus, inſidiæ.

Πτερνιστής. ȣ. ὁ. ſupplantator.

Πτεροδόνητος. ȣ. pennis uerberatus, ταχύς.

Πτερνοκοπεῖν. calcaneis ſtrepitum mouere, ſupplodere pedibus.

Πτερόεις. όεντος. ὁ. uolatilis, uelox. Vnde

Πτερόεντα dicuntur uerba quaſi alata, ſiue pennigera, quòd ueluti miſsilia ſunt uelocia, ac animum uulnerantia, inſtar ſagittarum.

Πτερόν. ȣ. τὸ. penna, ala, σκηνή. Vocantur itē πτερὰ, ſeu πτερώματα in re ædificatoria muri duo in altitudinem conſurgentes alarum inſtar.

Πτερορρυέω. pennas dimitto.

Πτερωτός. ȣ. ὁ. pennatus.

Πτεροῦσθαι. uolucrem fieri. Dicitur etiam per metaphoram ἀντὶ τȣ͂ ἀναπτεροῦσθαι, hoc eſt ἐπαίρεσθαι, ſpe erigi & animo exultare, quaſi alitem fieri: quia animus ſic geſtiens conſiſtere neſcit & ſibi conſtare, Gregor. Bud. Com.

Πτεροφόροι. οἱ. uocantur curſores, tabellarij ac nuntij, quòd hi peregrè proficiſcentes (ut Dion. ſcribit) ſurrectas in capite pennas geſtare ſolebant. Plutar. in Othone, καὶ πτεροφόροι συνεχῶς ἐφοίτων, ἀεί τι προσχωρεῖν ἐκείνῳ φράζοντες. Et pterophori aſsiduè aduenienbant, illi ſubinde accedere quippiam afferentes. Ad id Iuuenalem quoq; alluſiſſe putant nonnulli,

Tanquam de Catis aliquid, toruiſq; Sicambris
Dicturus, tanquā diuerſis partibus orbis
Anxia præcipiti ueniſſet epiſtola penna.

Deducitur

Deducitur autem uox ἀπὸ τοῦ πτερὸν καὶ φέρειν. Eſt & in Septentrionibus ad Rhipæos montes regio hoc nomine nuncupata, ab aſsiduo niuis caſu, pennarum quadam ſimilitudine, Herodoto & Plinio authoribus. Sic enim ſtultè opinabantur, aërem oppletum eſſe pennis, proindeq; non patere in longinqua proſpectum, neq; tranſitum. Item ordo quidam militaris hoc nomine appellabatur, διὰ τὴν ἐν τοῖς λόφοις πτέρωσιν, id eſt propter criſtas quas in cono geſtant. Item ſacerdotũ genus apud Aegyptios.

Πτεροφυέοντες. οἱ. plumati.

Πτερόω. ῶ. μ. ώσω. π. ωκα. alas accommodo: quod ad nauem tranſtulit Greg. ἡ ναῦς ἐκ λιμένων ἀνάγεται, καὶ τὰ ἱστία πτεροῦται. Et Vergil. Aen. 3. Et uelorum pandimus alas. Et Plato Polit. 6. πτερῶσαι appellauit equites è peditibus facere. Bud. Com.

Πτερυγίζω. μ. ίσω. π. ικα uolaturio, alas moueo. De auibus propriè dicitur adhuc pennis immaturis uolare geſtientibus, ſed fruſtra. Tranſlate ponitur pro fruſtra & inaniter conari, Ariſtoph. Plut. ἀλλὰ φλυαρεῖς καὶ πτερυγίζεις, Fruſtra nugaris, nihil promoues, nihil agis. Lucian. uſurpauit pro indecorè & ſcurriliter geſticulari. Eraſ. Chiliad. & Bud. Com.

Πτερύγιον. ου. τό. ala, uel potius parua ala. eſt enim diminutiuum à πτερόν. Accipitur ꝑ pinnaculo apud Matth. 4. quòd in alarum morem motetur. Item membranula oculi ſub angulo oriens, quæ ita augeſcit quandoq; ut pupillam operiat.

Πτερυγώματα. τά. pars mẽbri mulieris.

Πτερυγίδες. αἱ. cicadæ.

Πτέρυξ. υγος. ἡ. ala, plauſus & quaſſatio alarũ, ut apud Plin. de gallinaceis, Diem uenientẽ nuntiãt cantu, ipſum uero cantum plauſu laterum. Item latior temonis pars: & ueſtis pars circa fimbrias.

Πτερίς. ιδος. ἡ. genus herbæ, uulgo filix fanaria dicitur.

Πτερύσσεσθαι, idem quod πτερυγίζειν: uel cum latera alis ſuis feriunt, ut gallinacei ante cantum, Luciano. Bud. Com.

Πτερυωτός. πτερωτός.

Πτερώματα. τά. pinnæ & muri in ædificijs ab alarum ſimilitudine.

Πτέρωσις. ala.

Πτερωτός. οῦ. ὁ. pennatus, alatus.

Πτῖλον. ου. τό. πτερόν.

Πτῆμα. ατος. τό. uolatus auium.

Πτῆμαι, &

Πτῆμι. μ. ήσω. π. ηκα. ἀόρ. β. ἔπτην. uolare. Neut. abſol.

Πτηνός. οῦ. ὁ. uolatilis, alatus.

Πτῆσις. εως. ἡ. uolatus.

Πτήσσω. μ. ήξω. π. ηχα. timeo, inhorreo, metu trepido & contrahor, percellor, expaueſco, fugito, terreo.

Πτίλον. ου. τό. pluma, penna mollis, uelum, remus.

Πτιλός. οῦ. ὁ. caluus, ſupercilijs depilatis.

Πτίλωσις. εως. ἡ. oculorum uitium, cum pili ſuperioris palpebræ defluunt, uel cum conuertuntur, pupillamq; impediunt, uel ordine duplici ſupernaſcuntur.

Πτιλωτά. τά. quæ mẽbrana ſicca uolãt.

Πτισμός. οῦ. ὁ. genus cantilenæ.

Πτισάνη. ης. ptiſana, hordeũ, uel triticum decorticatum, furfur. Apud Celſum. pultis genus ex farina hordeacea, cui maxima reſtaurãdarum uirium uis ineſt, & nutriendi.

Πτίσσω. purgo, decortico, quod pinſendo fit in hordeo & alijs frugibus. Bud. Com.

Πτιστικόν. ϋ. τὸ. cantionis ſpecies.

Πτόα. ας. ἡ. pauor, timor, tumultus.

Πτοέομαι. μ. ήσομαι. π. ημαι. timeo, abeo in ſtuporem, animo percellor, pauore perfundor, conſternor.

Πτοέω. μ. ήσω. π. ηκα. terreo, afficio ſpe uel metu, hallucinor. Actiu. accuſ.

Πτοιηθεὶς ἵππους. ſtudioſus equorum.

Πτόησις. ιος. ἡ. ſtupor, attonitio, affectio, uagabunditas.

Πτοιά. ᾶς. ἡ. pauor, pro πτόα.

Πτοιέω. μ. ήσω. π. ηκα. terreo, pro πτοέω.

Πτοῖος. timor, tumultus.

Πτόλιεθρον. ου. τὸ. &

Πτολίεθρον. oppidum, urbs.

Πτολεμίζω. belligero.

Πτολιπόρθος. ου. ὁ. &

Πτολίπορθος. urbis populator, uel expugnator, quales Vlyſſes & Achilles appellantur apud Homerum.

Πτόλις. ιος. ἡ. &

Πτόλισμα. ατος. τὸ. ciuitas.

Πτόρθος. ου. ὁ. ramus, germen.

Πτόειμος. celer, prudens.

Πτόρμος. ου. ὁ. ſternutatio, pro πταρμὸς Aeolicè.

Πτύας. ſpecies aſpidis à ſpuendo.

Πτύελον. ου. τὸ. ſpuma maris, ſputum, ſaliua, peluis tonſoria.

Πτύγμα. ατος. τὸ. ſignificat quippiam duplicato compoſitum, aut complicatum, ut linteum: quod & δίπτυγμα dicitur, & πτύξ.

Πτυκτίον. ου. ὁ. ruga, libellus.

Πτυκτός. ϋ. ὁ. plicatus, conuolutus.

Πτυνόν. præceps.

Πτύξ. χός. ὁ. uel πτύξις. plica.

Πτύξανδρις. cancri epitheton.

Πτύον. ου. τὸ. uentilabrum, inſtrumentum quo grana repurgantur à paleis, θρῖναξ.

Πτυόφιν. cum uentilabro.

Πτυρμός. metus, horror.

Πτύρομαι. conturbor, conſternor animo, & percellor, pauore perfundor, ἐκπλήττομαι, tumultuor. Dicitur etiam cum auis ſe uel pullos roſtro ſcalpit.

Πτύσμα, & πίτυσμα. ατος. τὸ. ſputum.

Πτύσσω. μ. ύξω. π. υχα. plico, contraho in rugam. Actiu. accuſ.

Πτύχη. ης. ἡ. plicatio.

Πτυχὴ. ῆς. ἡ. concauitas, uallis.

Πτυχὶ. ῶδ. rugoſo.

Πτυχώδης. εος. ὁ, ἡ. rugoſus.

Πτύω. μ. ύσω. π. υκα. ſpuo, excreo.

Πτωκαζειν. formidare, δειλιᾶν.

Πτῶμα. ατος. τὸ. caſus, ruina. Item cadauer, à cadendo dictum, hoc eſt ἀπὸ τοῦ πίπτειν, quemadmodũ & Latinis.

Πτώξ. κός. ὁ. timidus. Vnde pro lepore ponitur, à timiditate, hoc eſt ἀπὸ τοῦ πτώσσειν.

Πτώσιμος. ου. ὁ. caducus.

Πτῶσις. ιος. ἡ. idem quod πτῶμα.

Πτωσκάζω, &

Πτώσσω, Ionice pro πτήσσω. μ. ήξω. π. ηχα. formido, timeo. Actiu.

Πτωτός. cadens.

Πτωχεία. ας. ἡ. inopia, mendicitas.

Πτωχεύω. μ. εύσω. π. ευκα. inops dego, mendico. Neut. abſol.

Πτωχικός. ϋ. ὁ. mendicatorius.

Πτωχίστερος. mendicior.

Πτωχοποιός. parans mendicitatem.

Πτωχός. ϋ. ὁ. inops, mendicus.

Π Υ.

Πυανεψιών. ῶνος. mẽſis apud Athenienſes is, qui Romanis eſt october, ſi Theodoro credimus, in quo celebrabantur πυανέψια feſta Apollini ſacra, quibus πύανα coquebant, hoc eſt fabas & legumina quædam, unde & nomen menſi.

Πυανός. faba, legumen.

Πὑαρ. coagulum.

Πυαρίτης. decoctum lac, quod ſtatim à partu emulgetur, coloſtrum.

Πυγαῖον. ȣ. poſticus.

Πυγαῖος. ȣ. ὁ. ſalax, libidinoſus.

Πύγαργος. ȣ. aquilæ genus cauda albicãte. Item qui eſt albo podice, mollis & effœminatus. à πυγὴ & ἀργὸς.

Πυγή. ῆς. ἡ. nates.

Πυγμαῖος. ȣ. ὁ. pygmæus, quaſi πηχυαῖος, quód cubitales ferè ſint, & ternos dodrantes non excedant, ut ſcribit Plinius.

Πύγμαχος. ȣ. ὁ. inſtabilis.

Πυγμαχία. ας. ἡ. cæſtuum pugna.

Πύγμαχος. ȣ. ὁ. pugil.

Πυγμή. ῆς. ἡ. cæſtus, pugnus, pugilatus, id eſt certaminis genus, quod cæſtibus exercebatur. Plutar. de Lycurgo, πυγμὴν δὲ καὶ παγκράτιον ἀγωνίζεσθαι ἐκώλυσεν. De eo Verg. quoq; Aen. 5.

Πυγολαμπίδες. cicindulæ.

Πυγός. ȣ. ὁ. &

Πυγοσκελής. breuis, & genus animalis.

Πυγοστόλος. ου. ὁ. ornatus, leno, ἡ μαυλίστρια, ſcortillum. Heſiod. μὴ δὲ γυνή σε πυγοστόλος ἐξαπατάτω.

Πυγόσιον. ȣ. τὸ. cubitale, ulna.

Πυγών. ῶνος. ὁ. cubitus.

Πυίλιον. ȣ. &

Πυελίς. ίδος. ἡ. &

Πύελον. ȣ. τὸ. &

Πύελος. ȣ. ὁ. ſcyphus, urna. Pollux inter uaſa balnearia ponit, quam alij μάκτραν uocant. Videtur autem πύελος concauus locus fuiſſe in quo ablueretur: quanuis & theca rectè dicatur πύελος. Nõnulli πυέλους balnei ſolia interpretãtur. Significat etiã hoc nomen id quod palam Latini uocant in annulo, ubi ſcilicet gemma includitur.

Πυητία. ἡ. coagulum.

Πυΐω. ad ſuppurationem perduco.

Πυθαυλής. ȣ. ὁ. Pythij carminis cantor, πύθιον enim carmen pæana uocabant.

Πυθῶον. Pythium oraculum, ſiue oraculi locus. Huc ex omni orbe praua religione incuſſa, qua ſe hominum uanitas confundebat, uiri multa dignitate inſignes, frequentes conſultum ibant, eáq; ex omnibus uera & lõgè clariſsima oracula habita ſunt. Quare regum populorumq; ampliſsimis donis & multarũ urbium theſauris refertum hoc templum fuit. Alexan. Genial. lib. 6. cap. 2.

Πύθια, uel πύθεια. τὰ. ludi in honorem Apollinis inſtituti. Pythia perdomitæ ſerpentis nomine dicti, ut canit Ouidius.

Πυθίαι. uates Apollinei, uaticinantes phœbades.

Πύθιον. τὸ. Apollinis templum.

Πύθιος. Apollinis cognomen à Pythone ſerpente, quem iaculis ſuis intereміſſe fertur: uel à diſcendi uſu atq; interrogandi, hoc eſt ἀπὸ τȣ̃ πυνθάνεσθαι. Hac uoce comprehendebantur etiam qui Delphos ad conſulendum oraculum mittebantur, qui publicè cum regibus cibaria habebãt, & ueſcebantur unà.

Πυθμένες. ων. ſpicæ.

Πυθμενόθεν. funditus, prorſus.

Πυθμήν. ένος. ὁ. fundum, imum, ſolum, propago, radix.

Πυθοῖ. in Pythijs: idq; ſine præpoſitione, ſicut ὀλυμπίασι καὶ ἰσθμοῖ.

Πυθόληπτος. à Pythio correptus, furens.

Πύθομαι. putreſco, interrogo, audio.

Πυθόμαντις. ιος. ὁ. uates Pythicus.

Πύθοντο. audierunt, reſciuerunt.

Πυθόχρηστον. ȣ. τὸ, oraculum Apollinis,

ſors edita à Pythio.

Πύθω. μ. ύσω. π. υκα. putrefacio. Actiu. accuſ.

Πυθώ. οος. ἡ. putrefactio, & urbs Phocidis.

Πυθῶδε, aduerb. ad locũ oraculi Apollinis Pythij.

Πύθων. ωνος. ὁ. Pytho ſerpens, draco. Itẽ ſpiritus diuinator, quo qui correpti ſunt, πυθωνικοὶ appellantur. Plutarch. tradit πύθωνα ſuo tempore uocatum fuiſſe, quem olim ἐγγαστρίμυθον uocabant, & εὐρυκλέα. Tibullus in fœmin. gen. Delphica Python dixit.

Πύκα. ornate, prudenter, affabre, frequenter, denſe.

Πυκάζω. μ. άσω. π. ακα. tego, denſo, orno, corono, compono me, decorè me gero. Actiu. accuſ.

Πυκασθείς. ντος. ὁ. coopertus.

Πυκασμός. denſitas, conſtipatio, συνεχὲς, στιφρός.

Πυκιμήδης. εος. ὁ, ἡ. prudẽs, accuratus.

Πυκινός. ῦ. ὁ. denſus, prudens, tutus, creber.

Πυκινόφρων. ονος. ὁ. prudens, σώφρων.

Πύκνα. prudenter, densè, crebrò.

Πυκναῖος. uetus.

Πυκνίτης. locus concionis Athenis, qui & πνὺξ dicebatur.

Πυκνοκίνδυνος. qui quodlibet periculum intrepidè adit.

Πυκνόκομον. ου. pycnocomon herba.

Πυκνόριζος. denſus radice.

Πυκνός. ῦ. ὁ. denſus, obſcurus, frequẽs, ſpiſſus, ſucci plenus.

Πυκνόστυλος. cuius intercolumnio unius & dimidiatæ columnæ craſſitudo interponi poteſt.

Πυκνότης. denſitas, prudentia.

Πυκνόω. μ. ώσω. π. ωκα. denſo, ſolido. Actiu.

Πύκνωμα. ατος. τὸ. &

Πύκνωσις. εως. ἡ. &

Πυκνότης. ητος. ἡ. denſitas, ſpiſſitudo.

Πυκτεῖον. ου. τὸ. locus in quo pugiles exercentur, armarium libellorum.

Πυκτεύομαι, &

Πυκτεύω. μ. εύσω. π. ευκα. pugno. id eſt pugnis decerto. Accipitur pro quouis modo contendere. Lucian. ἐπὶ τοῖς καταράτοις οἰκονόμοις διαπυκτεύων. Et

Πύκτης. ου. ὁ. pugil. πύκτης πόλεμος, bellum durum, ut Lucan. dixit.

Πυκτίδες. αἱ. fidiculæ.

Πυκτική. ῆς. ἡ. ars pugilis.

Πυκτικός. pugilum certamini aptus.

Πυκτίον, &

Πυκτίς. ίδος. ἡ. libellus, tabula, epiſtola. ἀπὸ τοῦ πυκτίζω, quod eſt ἀσφαλίζεσθαι, καὶ συγκλείεσθαι.

Πυκτὶς. idem.

Πυλαγόρας. ου. ὁ. legatus, qui è ſingulis Græcorum ciuitatibus ad Amphictyonum conuentum mittebatur. ἀπὸ τοῦ εἰς πυλαίαν ἀγείρεσθαι, nempe quod ad Pylæan conuenirent. Appellabantur quoque ἱερομνήμονες.

Πυλάδης. ου. ὁ. Pylades.

Πύλαι. αἱ. locus Græciæ, quem Thermopylas aliàs uocant, nomine impoſito, quòd Pylades illic ob Clytemnestræ cædem primus ſit damnatus.

Πυλαία. conuentus Amphictyonum ad Thermopylas, & locus ipſe ubi conueniebant qui dicebantur πυλαγόραι.

Πύλαιος. extra portam.

Πυλαιστής. homo nihili, ὁ μηδὲν ὑγιὲς μήτε λέγων, μήτε πράσσων.

Πυλαῖτις. ιδος. ἡ. epitheton Mineruæ, quia in portis urbium pingebatur.

Πυλάρτης. ου. ὁ. habens portas ualidas & benè compactas, ἀδιάζευκτος.

Πυλαωρός, uel πυλαωρὸς, &

Πυλαωρός. ῦ. ὁ. ianitor, cuſtos.

Πυλαῶνες

Π Υ.

Πυλεῶνες. genus ornamenti muliebris, ſerta.

Πύλη. ης. ἡ. porta, columna ex lapide quadrato, uel laterculis.

Πυληγενής. έος. ὁ, ἡ. in Pylo urbe genitus, ut Neſtor.

Πυλαγόροι. publicani, qui & panegyres curant.

Πύλιγγες. lanugo, pili qui in anu naſcuntur.

Πύλιος. ου. ὁ. Pylius.

Πυλίς. ίδος. ἡ. portula.

Πυλίζω. frango, dico, diuulgo.

Πύλος. ου. pro πύλη apud poëtas.

Πυμαλάκτης. malorum plenus.

Πυλών. ῶνος. ὁ. ueſtibulum, ianua.

Πυλωρεῖν. ianitorem eſſe, portas ſeruare, ut Horæ apud Homerum in cælo.

Πυλώρειον. ου. ὁ. ianitoris officina.

Πυλωρός. οῦ. ὁ. ianitor, portarum cuſtodiæ præfectus. Sic etiam medicis uocatur inferius uentriculi orificiũ.

Πύματος. ου. ὁ. ultimus.

Πυμελώδης. εος. ὁ, ἡ. pinguis.

Πύνδαξ. ακος. ὁ. manubrium gladij, baſis. unde calix ἀπυνδάκωτος pedibus carens, aut pertuſus.

Πυνθάνομαι. μ. πεύσομαι. π. πέπυσμαι. μέσ. ἀόρ. β. ἐπυθόμην. audio, interrogo, intelligo, cognoſco. Depon. accuſ.

Πυωνικοί, καὶ πύανοι. legumina cocta. καὶ πυανός, ὁ τρώκτης.

Πύξ. aduerb. pugnis, κονδύλοις.

Πυξάκανθα. licium.

Πυξιών. ῶνος. ὁ. buxetum.

Πυξίδιον. ου. τὸ. &

Πυξίον. tabula qua utebantur ſcriptores, nam antiquitus in buxo elementa formabant ob materiæ firmitatem. Accipitur item pro inſtrumento pictoris.

Πυξινός. οῦ. ὁ. buxeus.

Πυξίς. ίδος. ἡ. pixis, πινακίδιον.

Πυξοειδής. έος. ὁ, ἡ. habens colorem buxeum.

Πύξος. ου. ὁ. buxus.

Πυοειδής. ſimilis puri.

Πῦον. pus, ulcus.

Πυοποιόν. οῦ. τὸ. ſuppurationes faciens.

Πυοῤῥεῖν. pus emittere, fluere cum purulentia.

Πυοῤῥία. diſtillatio.

Πύος. έος. τὸ. pus. Item lac quod ſtatim à partu emulgetur, concretum atq; ſanguinolentum, coloſtrum, coagulum. Ariſtoph. Pace, ἦν δὲ καὶ πυός τις ἔνδον, καὶ λαγῷα τέσσαρα.

Πῦρ. ρός. τὸ. ignis.

Πυρά. ᾶς. ἡ. pyra, hoc eſt lignorum ſtrues, rogus, buſtum.

Πυράγρα. ας. ἡ. forceps.

Πυράζω. μ. άσω. π. ακα. rutilo. Neut. abſ.

Πύραινος. uas ad ignem ferendum.

Πυράκμων. ονος. ὁ. Pyragmon, unus ex fabris Vulcani.

Πυρακτέω. comburo.

Πυρακτέομαι. μ. ώθομαι. π. ωμαι. liqueſco igni, igneſco.

Πυράκτωσις. εως. ἡ. incendium.

Πυραμοειδής. ignitus, ignis ſpeciem habens.

Πυραμητός. οῦ. ὁ. meſsis.

Πυραμίδες. αἱ. pyramides, moles geometrica ratione conſtructæ in modum flammæ, ut à lato uidelicet in acutum tendant.

Πυραμοῦς. ὁ. placentæ genus ex tritico, melle admixto, quod proponebatur præmium ijs, qui totam noctem uigiles perdurarent.

Πύραυνον. inſtrumentum prunis ferendis deſtinatum, πυροφόρον. παρὰ τὸ πῦρ ἐνιαύειν ἐν αὐτῷ.

Πυραυσταί. uermiculi quos cleros appellant, aranei ſpecie, nocentes fauis: pyrauſtæ Gaza interprete.

Πυργηδόν. inſtar turris.

Πυργηκοῦμαι, &

Πυργηρέω. μ. ήσω. π. ηκα. &

Πυργηροῦμαι. ſum in arce, contineo me intra muros, muros defendo.

Πυργήρως. excelſe, inſtar turris.

Πυργίον. ου. τὸ. pars triremis, ſicut & πυργοῦχος.

Πυργίσκος. armarium, arca in turris ſimilitudinem.

Πυργῖται. paſſerum ſpecies Aegin. li. 1.

Πυργόβαρις. ιος. ἡ. turris munita, propugnaculum, uel domus in modum turris ædificata, ut exponit D. Hieronymus.

Πύργος. ου. ὁ. turris, pyrgus, & militaris ordo quadringentos uiros cõtinens, turma equeſtris.

Πυργοῦχος. pars quædam nauis.

Πυργοφόρος. ου. ὁ, ἡ. turrifer. Epitheton Rheæ.

Πυργόω. μ. ώσω. π. ωκα. turrifico. Neutr. abſol.

Πύρδανα, uel πύρδαμα. focus, ſarmenta, faſces.

Πυρεῖον. ου. τὸ. focus, thymiamaterium.

Πυρεξία. ἡ. &

Πυρετός. οῦ. ὁ. febris. à πῦρ dicitur quemadmodum Latinis à feruendo.

Πυρέττω. febricito.

Πυρεύς. ὁ. comburens, igne uaſtans.

Πυρή. focus, rogus.

Πυρήια. τὰ. ligna quæ colliſa ignem edunt, ſiue lapides idem facientes, igniaria.

Πυρήν. nucleus, acinus.

Πυρηφόρος. ου. ὁ. frugifer.

Πυρία. ας. ἡ. balnei genus, ſolium. ἡ ἐκ τοῦ βαλανείου πύελος. & Pyria urbs Leſbi.

Πυρίαμα. fomentum.

Πυριᾶν. fouere.

Πυριατήριον. ου. τὸ. locus ubi fit ignis, uel balnei genus, quod Seneca ſudatorium uocat. alij ὑπόκαυστον.


Συγκόλλησις. εως. ἡ. conglutinatio.

Συγκολλητής. fictor, componens, conglutinans.

Συγκομιδή. ῆς. ἡ. tranſuectio, apportatio, repoſitio fructuum, συνάθροισις, collectio.

Συγκομίζω. μ. ίσω. π. ικα. comporto, fructum ex agro domum refero. Eſt etiam cadauera colligo, & ſepelio. Actiu. accuſ.

Συγκομιστήρια. τά. feſta quibus primæ fruges comportabantur.

Συγκομιστὸς ἄρτος. furfuraceus panis, qui alio nomine πιτυρίας dicitur. Cicero cibarium panem uocat, Galen. & Celſ. αὐτόπυρον, ῥυπαρόν.

Συγκομμάτιον. genus quoddam edulij.

Συγκοπή. ῆς. ἡ. conciſio, figura cum aliquid è medio dictionis aufertur. Itẽ affectio ſimilis deliquio.

Συγκοπτικός. huiuſmodi deliquium inducens.

Συγκόπτομαι. animo linquor.

Συγκόπτω. μ. όψω. π. οφα. ferio, feſſus ſũ, uerbero, concido, contundo, pulſo.

Συγκουφίζω. adiuuo, ſimul leuo. Accuſ.

Σύγκρασις. εως. ἡ. commixtio, unio, confuſio.

Συγκρατέω. ῶ. conſeruo, tueor.

Συγκροτέω. conſpirare, litem componere periculo imminente.

Σύγκριμα. coagmentum, & quod concretum eſt (ut Cicero loquitur) ut mundus.

Συγκριματικός. ὁ. temperatus.

Συγκρίνομαι. comparor. Et συγκρίνεσθαι πρός τινα, contendere, iudicio experiri, etiam cum aliquo capitali iudicio diſceptare. Eſt & συγκρίνεσθαι coagmentari, concreſcere.

Συγκρινόμενα. τά. pacta.

Συγκρίνω. μ. ινῶ. π. ικα. comparo. Acti.

Σύγκρισις. εως. ἡ. comparatio, aſsimulatio, generatio, mixtio.

Συγκριτικός. οῦ. ὁ. comparatiuus.

Συγκροτῶ δύναμιν. colligo copias.

Συγκροτάω, uel συγκροτέω.μ.ήσω.π.ηκα. auxilior, ſimul adduco, meditor, conſpiro, ut συγκροτῶν δύναμιν, colligere copias. Item turbo.

Συγκροτήσαντες.οἱ. uulgo complices.

Συγκροτησμός. conſpiratio.

Σύγκρουμα. debitum, fœnus.

Συγκρούστος.ὁ.ὁ. concuſſor, colliſor.

Σύγκρουσις, &

Σύγκρουσμος. colliſio.

Συγκρούω.μ.ύσω.π.κα. collido, cõcutio, in conflictum impello. Iſocr. ὑμᾶς δὲ ζητοῦντες δέομεν συγκρούειν τι τῶν ἐκεῖ πραγμάτων. Liu. committere ac profligare bellum dixit, pro eodem, id eſt καθιστάναι τὸν πόλεμον, συμβαλεῖν. Et Herodi. συνέκρουον δὲ αὐτοὺς, Simultatem inter eos ciebant & alebant. Sic Cyprian. Epiſcoporum cohærentem concordiam ſubdola temeritate collidere, hoc eſt συνταράττειν, ταράττειν, συγκρούειν. Item colluctor. Bud. Com.

Συγκρύπτω.μ. ύψω.π. υφα. abſcondo, ſimul abſcondo. Actiu. accuſ.

Συγκυβάω. unà alea ludo.

Συγκυκάω.μ. ήσω.π.ηκα. commiſceo. Actiu.

Συγκυκλῶ. circundo.

Συγκυλινδοῦμαι. uolutor. Datiuo iung.

Συγκυνηγέτης.ὁ.ὁ. ſimul uenans, ſocius uenationis.

Συγκύπτω. ſimul inclinor, pariter incumbo, Syneſ. Accipitur etiam pro ὑποκύπτειν & κατακύπτειν & deorſum aſpicere, ut demiſsi ſpiritus homines ſolent, Gregor. εἰς γενέθ. Eſt etiam coire & in unum contrahi quod hiabat & diſtrahebatur, Xenoph. ἀναβ.2. Bud. Com.

Συγκυρέω.μ.ήσω.π.ηκα. contingo, confirmo, aſſequor. Neut. abſol.

Συγκύρημα. ατος. τὸ. &

Συγκυρία.ας. ἡ. ſors, caſus, συντύχημα.

Σύγκωλος.ὁ. ſolidus.

Σύγγνητος.ὁ.ὁ. germanus.

Συγχάζω. concedo.

Συγχαίρω. gratulor, συνήδομαι.

Συγχειμάζομαι.μ.άσομαι.π.ασμαι. cohyberno.

Συγχέω. τὸ συγχύνω.

Συγχορηγέω.μ.ήσω.π.ηκα. confero, ſoluo expenſas.

Σύγχορτος.ὁ.ὁ. uicinus.

Συγχριμφθείς. colliſus, offenſus.

Σύγκρισις. comparatio.

Συγχρονίζω.μ.ίσω. π.ικα. contemporaneus ſum. Neut. datiuo.

Συγχρονισμός.ὁ. eſt eorum qui concurrunt in idem tempus.

Σύγχρονος.ὁ.ὁ. contemporaneus.

Σύγχυσις.ιος.ἡ. confuſio, turbatio, mixtio.

Συγχυνω, &

Συγχύω.μ.ύσω.π.υκα. confundo, obſcuro, tumultuo. Actiu. accuſ.

Συγχωρέω.μ.ήσω.π.ηκα. concedo, permitto, indulgeo, ueniam do, comiter & per gratiam indulgeo quippiam & condono, Syneſ. Eſt etiam conſentio & aſtipulor, cedo, non reclamo, Platoni in Phædro. Itẽ acquieſco, ἀρκοῦμαι, ἀγαπῶ, contentus ſum, Lyſ. Hoc uerbum unum ex illis eſt, quæ in præſenti uoce actiua prolata in futuro uocem paſsiuam ſortiuntur apud Atticos. Apud Demoſth. enim et Platonem legitur συγχωρήσομαι in futuro, à συγχωρέω. Συγχωρέομαι τοῦδε, ut mihi permittatur impetro. Bud. Com.

Συγχώρημα.ατος.τὸ. &

Συγχώρησις.ιος.ἡ. conceſsio, abolitio.

Συγχωρούμενος. cui uenia habetur. Eſt etiam in Pand. cuius nomẽ abolitione principis ex reis exemptum eſt. Inde illud Gregor. in Pentecoſt. ἐπὶ

ἁμαρτωλὸς οὐχ ἅπλακις μόνον, ἀλλὰ καὶ ἑξ- δομηκοντάκις ἑπτὰ συγχωρούμενος, Toties uenia diuinitus donatus. Bud. Com.

Σύδην. celeriter, impetuoſe.

Σύετο. concitabatur.

Συζάω, συζῶ. μ. ήσω. π. ηκα. conuiuo, à pueris adhæreo, ſimul adoleſco. Datiuo, ut συνεζηκὼς ἀρετῇ, qui à puero uirtutem exercuit.

Συζάγνυμι. μ. ζεύξω. π. ευχα. ☩

Συζάγω. coniungo. Actiu. accuſ.

Σύζευξις. ιος. ἡ. coniunctio.

Συζητεῖν. altercari, diſputare.

Συζητήτης. ου. ὁ. diſputator.

Σύζυγα. coniugata, coniugalia.

Συζυγία. ας. ἡ. coniugium, coniugatio.

Σύζυγος. ου. ὁ, ἡ. cõiunx, compar, ſocius.

Συζυγοῦντα. Cicero coniugata uocat.

Σύζυξ. ὁ ὁμόζυξ. (noſa.

Συῆναι. ῶν. uolutabra ſuum, & loca cœnoſa.

Συηνία. ας. ἡ. ruditas, ruſticitas. à ſuibus deductum. Inde & συηνίας, adiectiuè.

Συηνεῖν. inſcitè quippiam agere.

Σύθην. impetum fecerunt.

Σύθι. feſtina, ἴθι.

Συϊκός. οῦ. ὁ. ſuillus.

Συκάζω. μ. άσω. π. ακα. calumnior, ficus lego, premo.

Συκαλίδες. ῶν. ficedulæ, auiculæ, quòd cum ficus maturæ ſunt maxime capiantur. Legitur & συκαλίς. ίδος. pro eodem, quæ μελαγκόρυφος quoq; appellata, hoc eſt atricapilla Gaza interprete.

Συκαμάνθυρος. ου. ὁ. ſtultus, μωρός.

Συκαμινέα. ας. ἡ. morus.

Συκάμινον. ου. τό. morum.

Συκάμινος. ου. ὁ. morus, μορέα.

Συκασὶς. ſycophanta.

Συκέα, &

Συκῆ. ῆς. ἡ. ficus arbor. (exugitur.

Συκία. ας. ἡ. cucurbitula qua ſanguis

Σύκινος. ου. ὁ. ficulnus. Item inutilis, imbecillis, à fragilitate ligni ficulnei

Συκοαττεῖν. adulari.

Συκόβιος. ου. ὁ. ficis uiuens. Vocabantur ſycophátæ hoc nomine Athenis. Sic

Συκολόγος. ου. ὁ. quaſi ficus numerans, ſiue de ficis loquens, ſycophanta.

Συκομορέα. ας. ἡ. &

Συκόμορον. ου. τό. ſycomorus arbor & fructus eius. ficus autem eſt Aegyptia prædulcis ſine granis: compoſito nomine ex fico & moro, Plin. & Dioſcor. authoribus.

Σῦκον. ου. τό. ficus. Dicitur autem de fructu, arbore, & morbo, qui eſt hulcus in oculis, quæ & σύκωσις appellatur. Quidam mariſcam appellari putant Latinè.

Συκοπριάστης. ου. ὁ. ficuum ſector, ſordidus, auarus.

Συκοσπαδίας. ου. ὁ. συκοφάντης.

Συκοφαντέω. μ. ήσω. π. ηκα. calumnior, calumnijs circunuenio, defero, falſo accuſo. Actiu.

Συκοφάντημα. τό. calumnia.

Συκοφάντης. ου. ὁ. calũniator, ſycophanta, delator.

Συκοφαντία. ας. ἡ. calumnia.

Συκοφάντρια. ας. ἡ. calumniatrix.

Σύκχοι. οἱ. calceamenta Phrygia.

Συκώδης. ους. ὁ, ἡ. ſimilis ficui.

Συκών. ῶνος. ὁ. ficetum.

Συκώπαις, uel συκόπαις. παιδος. ὁ. puerorum modo ficorum ſtudioſus. In ſycophantam Athenienſes iactabant.

Συκωρός. οῦ. ὁ. quaſi ficos obſeruans, ſycophanta.

Σύκωσις. ιος. ἡ. uitium palpebræ aſperæ & ficoſæ: ſic dictus à fici ſimilitudine, quando caro excreſcit.

Συλαγωγέω. μ. ήσω. π. ηκα. abigo prædã, ſpolio, denudo.

Συλάω, & συλέω. μ. ήσω. π. ηκα. &

Συλάω

Σ. ιιιι

Συλάω.μ.ἀσω.π.ακα. prædor, ſacrilegio cõpilo, aufero, furor, cõmoueo.
Σύλη.ης.ἡ.σύλληψις.
Σύλησις.ιος.ἡ.compilatio.
Συλητής.ȣ.ὁ. compilator.
Συλλαβή.ῆς.ἡ. comprehenſio, ſyllaba. à σὺν & λαμβάνω.
Σύλλαβος.ȣ.ὁ.index libri.
Συλλαμβάνομαι, &
Συλλαμβάνω.μ.ήψω.π.αφα.comprehendo, id eſt manu capio. Inde συλλαμβάνειν ἐπὶ θανάτῳ, id eſt ad ſuppliciũ rapere: ſicut Cic. ad Q. frat. Is hominem comprehendit, & in cuſtodiam Epheſi tradidit. Item comprehendo, id eſt perſtringo, concludo, contineo. unde σύλλαβος index. Item opitulor, adiuuo, Iſocr. Item concipio, & κυῶ, id eſt, cum utrunq; ſemen genitale coit ad fœtum faciendum, Ariſtot. de Gener. ani. 1. Item ſuſcipio. Plato de Leg. 4. καιρῷ γὰρ χειμῶνος ξυλλαβέσθαι κυβερνητικῆς ἡ μὲν. Bud. Com.
Συλλέγομαι. colligo, comparo, quæro. Item συλλογίζομαι, hoc eſt ratiocinor, rationem alicuius rei gerendæ uel explicandæ ineo, certis argumentis colligo & conſtituo. Bud. Com.
Συλλέγω.μ.έξω.π.εχα.idem. Acti. accu.
Συλλείβω.μ.είψω.π.ειφα.ſtillo, fluo. Neu.
Συλλεαίνω. contero.
Σύλλεκτρος. ȣ.ὁ.corriualis.
Συλλήβδην. collectim, comprehenſim, ſummatim.
Σύλλημμα.τὸ. collectio.
Συλληπτέον. ſubueniendum.
Συλληπτικός.ȣ. qui concipere poteſt.
Συλλήπτρια.adiutrix.
Συλλήπτωρ.ορος.ὁ.adiutor, συναγωνιστής.
Σύλληψις. ιος.ἡ. comprehenſio, auxiliũ, conceptio.
Συλλογεύς.έως.ὁ, collector.

Συλλογή.ῆς.ἡ.congregatio, collectio.
Συλλογίζομαι, &
Συλλογίζω.μ.ίσω.π.ικα. computo, concludo, ratiocinor, colligo ratione ſubducta.
Συλλογιμαῖος. ȣ.ὁ,ἡ.collectitius.
Συλλογισμός.ȣ.ὁ. computatio, penſatio, ratiocinatio: ratiocinatiuũ uel collectiuum, Quintilian. interprete.
Συλλογιστικός.ȣ.ὁ.rationalis.
Σύλλογος.ȣ.ὁ.hominum frequentia, conuentus, coitio, concilium, iudicium, συνέδριον, conceſſus, et συνάρχοντες, id eſt collegium, ut augurum.
Συλλύω.colluo.
Συλοικός.ȣ. inſulſus, ineptus.
Σύλον.ȣ.τὸ.pignus, ἐνέχυρον.
Συμβαίνω.μ.ήσομαι. π. ηκα. contingo, accido, concordo, congruo. Neutr. datiuo. (ſanio.
Συμβακχάω. debacchor, cum alijs in
Συμβάλλομαι. confero, adiuuo, conduco, colligo, dico. Depon.
Συμβάλλω.coeo, committor, coniũgor, commiſceor, συνάπτω, συῤῥέω, ut uena & confluentes, Ariſtot. & Theophra. Item committo, collido, confligo. Plut. συνέβαλον τὰς δυνάμεις, Acies inſtructas ad prælium commiſerunt. Et in hac ſignificatione aliquando abſolute ponitur, Iſocr. Item collido, hoc eſt, inimicitiam inter duos & diſcordiam rixamq; concito, συγκρούω, ut συμβαλεῖν ἄνδρας φίλους, Xenoph. παιδ. 6. Item confero, & cõtendo, comparoq;. Item cõiecto, cõijcio, ut συμβάλλω τὸ ἐνύπνιον. Item paciſcor, & cõtractus cõuentaq; ineo, συναλλάττω, Demoſthen. & Iſoc. Bud. Com.
Συμβαλλωτά. ſunt coacti per ſe uelleris implexu, potius quàm textu cõdita. ἀπὸ τοῦ συμβάλλειν.

Σύμβαμα.τὸ. accidens, propoſitio ex nomine & uerbo, perfectam ſententiã reddens, ut Socrates ambulat. Sed παρασύμβαμα, ex nomine & uerbo imperfecta oratio, ut σωκράτει μέλει.

Σύμβαν. fortè.

Συμβασιλεύω. μ. εύσω. π. ευκα. ſimul impero.

Σύμβασις. ἡ. concordia, conuenientia, colloquium.

Συμβατήριος. ου. ὁ. paciſcibilis, commodus ad pacta.

Συμβατικός. οῦ. ὁ. conueniens ad pacta, paciſcibilis.

Συμβιβάζω. μ. άσω. π. ακα. coniecto, ex collatione aliquorum doceo, & probo, & conijcio, certior fio, affirmo. Item cõpono, coagmento, accommodo, ad cohærentiam adduco, concilio, ad amicitiam fœdusq́ adduco.

Συμβίβασις. ιος. ἡ. inſtructio, affirmatio

Συμβιβαστικόν. cõfirmatio, uti fœderis, & ſocietas faciendi fœderis.

Συμβιβῶ. inſtruam, docebo.

Σύμβιος. ου. ὁ. συμβιώτης.

Συμβιόω. μ. ώσω. π. ωκα. ſimul uiuo. Neut. datiuo.

Συμβίωσις. ιος. ἡ. conuictus.

Συμβιώτης, &

Συμβίωτος. ου. ὁ. conuictor, contubernalis, ſimul uiuens.

Σύμβλημα. ατος. τὸ. peſſulus.

Συμβλῆτε. obuiauerunt.

Σύμβλητος. conferendus, comparabilis & commutabilis. unde Ariſtoteles accipit σύμβλητον, & ἀδιάφορον pro eodem.

Συμβοήθεια. ας. ἡ. auxilium.

Συμβολαιογράφος, uel συμβολαιόγραφος. ου. ὁ. notarius.

Συμβόλαιον. ου. τὸ. cõmercium, pactum, contractus, conuentio, conuentum. Vnde συμβόλαιος δίκη, controuerſia, uel iudicium de pacto & contractu.

Συμβολαιόω. paciſcor, contraho, συναλλάττω.

Συμβολεύς. ἐως. ὁ. inſtrumentum quo piſcatores retia texunt.

Συμβολή. ῆς. ἡ. coniunctio, congreſsio, conflictus, conflictio prœliaris, commiſsio, id eſt parium comparatio ad pugnam. Item coniectura & conſilium, utilitas.

Συμβολαί. τὴν. ſtipem.

Συμβολικός. οῦ. ὁ. coniecturalis, allegoricus, & ænigmaticus. Inde theologia συμβολικὴ eſt, quæ in ſacramentis implicita eſt hodie in eccleſia, ut olim in ceremonijs legalibus fuit. Ea & τελεστικὴ & μυστικὴ appellatur: differtq́ à philoſophica theologia, quæ uerſatur in theoria, & rerum diuinarum commentatione. Hæc dicitur quoq́ κατανοητικὴ & ἀποδεικτική. Bud. Com.

Συμβολικῶς. coniecturaliter, id eſt per comparationem præteritorum & futurorum.

Σύμβολον. ου. τὸ. ſymbolum, nota à Cicerone dicitur, ſignum, ut ſigna militaria. Græci etiam ſymbolũ anulum appellant, Plin. lib. 33. cap. 1. Et σύμβολα interdum inſignia, id eſt παράσημα, Herodi. Item omen, & οἰώνισμα, Greg. κατὰ ἰουλ. 1. Dicuntur quoq́ hoc nomine teſſeræ quædam, quæ dãtur publicè à ciuitatibus quibuſdam hominibus ſibi amicis, ut hoſpitaliter & amicè acciperentur in oppidis fœderatis, Lyſ. Sic hodie uocari poſſunt teſſeræ collybiſticæ, quas literas collybicas uocant, quaſi ad permutandam pecuniam externam inſtitutas. Aliquando accipitur ἀντὶ τοῦ τμήματος, quaſi teſſera & fruſtum abſciſſum, commiſſura, Plat.

Symp.. Σύμβολα Pythagorica dicta ſunt quædam quaſi ænigmata, ſignificãtia rei alicuius occultæ & recon ditæ, quæ etiam συνθήματα, & ἀλληγορήματα dicuntur. Bud. Com.

Σύμβολος. ου. maſc. gene. ſicut σύμβολον pro omine quoque ponitur apud Syneſ. ἵνα μὴ τῷ νυμφίῳ σύμβολος ἀπαίσιος γένηται. Sic autem dicitur ut πάραλογος, ὑπόλογος μετάμηλος, & ſymbolus uel ſymbolum Latinis. Item incidens, obuius.

Σύμβοτος. ου. ὁ. compaſcuus, συνώθης.

Συμβόλαιμα. ατος. τὸ. conſilium.

Συμβόλευσις. συμβουλή.

Συμβουλευτικός. eſt oratio conſultoria, in qua conſilium datur alicui.

Συμβουλεύω. μ. εύσω. π. ευκα. conſulo, id eſt do conſilium. Neutrum datiuo iungit. ut συμβουλεύω σοι, ſum author, & ἀσκηγοῦμαι. Et paſſiua uoce, συμβουλεύομαί σοι, id eſt ἀνακοινοῦμαι, & συσκέπτομαι, συμπραγματεύομαι, tecũ commentor de re aliqua. Significat etiam conſulto te.

Συμβουλή. ῆς. ἡ. conſultatio, ſententia, conſilium & admonitio. Sic

Συμβουλία. ας. ἡ. conſultatio, &

Συμβούλιον. ου. τὸ. conſilium.

Σύμβουλος. ου. ὁ. conſiliarius.

Συμμαθητής. ου. ὁ. condiſcipulus.

Συμμανθάνω. μ. συμμαθήσομαι. π. συμμεμάθηκα. ἀόρ. β. συνέμαθον. condiſco.

Συμμάρπτω. μ. άρψω. π. αρφα. comprehendo.

Συμματρίζω γῆν. ſigillare terram.

Συμμαχέω. μ. ήσω. π. ηκα. ſimul pugno, id eſt ſocius ſum in bello. Neut. datiuo iung.

Συμμαχία. ας. ἡ. auxilium, ſocietas in bello, confœderatio.

Σύμμαχος. ου. ὁ. auxiliarius, ſocius, commilito.

Σ Υ.

Συμμένεια. ας. ἡ. conſtantia.

Συμμερίζομαι. unà partem accipio.

Συμμεταβάλλω. cõmutor, paſſiuè, unà commuto.

Συμμεταφέροντες. οἱ. ſecũ trãsferentes.

Συμμετέχω. participo. Genit. iungitur.

Συμμετρία. ας. ἡ. ſymmetria, proportio, genus ueſtis muliebris.

Σύμμετρος. ου. ὁ. moderatus, commenſuratus.

Συμμετιάομαι. conſulo, id eſt do conſilium.

Συμμίγνυμι, συνάπτω, συμβάλλω, commiſceo, confligo. συνέμιξα αὐτῷ διὰ λόγων, cum eo uerbo feci. συμμίγνυμι etiam eſt uires ſocio, caſtra caſtris adiungo. cum datiuo.

Συμμιγνύω, & συμμίγνυμι. μ. ίξω. π. ιχα. uel

Συμμίσγω. coëo, ὁμιλῶ, ut συνέμιξα αὐτῷ διὰ λόγων, Verba cum eo feci. Item commiſceo, συνάπτω, συμβάλλω, confligo. Eſt quoque uires ſocio, caſtra caſtris adiũgo, Xenoph. Bud. Com.

Συμμορία. ας. ἡ. portio, multitudo, curia, tribus.

Συμμυολόγος. tacens.

Συμμύστης. ου. ὁ. ſymmyſta, ſecretarius.

Συμμύω. cõprimo. Et συμμύειν, σιωπᾶν.

Συμπάθεια. ας. ἡ. condolentia, naturalis conſenſus & conuenientia.

Συμπαθής. έος. ὁ, ἡ. eiuſdem affectus.

Συμπαθῶ. συμπάσχω, id eſt condoleſco, alieniſque incommodis afficior, conſentio.

Συμπαιγνία. ας. ἡ. colluſio.

Συμπαιδεύω. condoceo. Vnde Polyb. ὁ δὲ βίᾳ καὶ θυμῷ συμπεπαιδευμένος, In uiolentia & iracundiæ furore educatus, hoc eſt, ὁ δὲ βίᾳ καὶ θυμῷ σύντροφος, aſſuetus, & exercitatus.

Συμπαίζω. μ. αίξω. π. αιχα. colludo. Neu. datiuo iung.

Συμπαίκτωρ. ορος. ὁ. &
Συμπαίστωρ. colluſor, ſimul nutritus.
Συμπαλαίω. μ. αίσω. π. αικα. colluctor.
Συμπᾶν. ad ſummã, in ſumma, ut plurimum, uniuerſum: quod pro mundo etiam Latini dicunt.
Συμπανηγυρίζω. commercor.
Συμπανουργεῖν. coadiuuare.
Συμπαραθέω. concurro.
Συμπαρακαλέω. cohortor.
Συμπαρακολουθῶ τῷ λόγῳ ὀρθῶς. rectè atq; ordine diſputationem proſequor.
Συμπαραλαμβάνω. comprehendo.
Συμπαραμαρτέω. μ. ήσω. π. ηκα. iuxta, & ſimul ſequor, comitor. Neutr. datiuo iung.
Συμπαρανήχομαι. ſimul nauigo.
Συμπαρασκευάζω. μ. άσω. π. ακα. adiuuo.
Συμπαρατείνω. produco, prorogo, ſimul extendo.
Συμπαραφερόμενοι. qui unà feruntur.
Συμπαρεδρεύω. μ. εύσω. aſsideo, maneo.
Συμπάρειμι. præſens ſum.
Συμπαρεκτεινόμενος. ſimul extentus.
Συμπαρίσταμαι. accedo, obtingo, id eſt cedo.
Συμπαρίζω, pro παρίζω.
Συμπαρεπτάμην. ſimul deuolaui.
Συμπάροικος. ου. ὁ. contubernalis.
Σύμπας. αντος. ὁ. uniuerſus, σύμπαντες, multi ſimul.
Συμπάσσω. conſpergo.
Συμπάσχω. τὸ συμπαθῶ.
Συμπαταγέω. μ. ήσω. π. ηκα. collido, palma aut uola aperta quatio.
Συμπατέω. μ. ήσω. π. ηκα. cõculco, utroq; pede calco. Actiu. accuſ.
Συμπείθω. ſimul perſuadeo.
Συμπεπιλωκώς. compreſſus.
Συμπεραίνω. concludo, termino. Actiu. accuſ.
Συμπέρασμα. ατος. τὸ. concluſio.
Συμπεριάγω. unà duco, mecum uerſo.
Συμπεριπατοῦντες. inambulantes.
Συμπεριφέρω. circunfero, circũuoluo.
Συμπεριφθείρομαι. turpiter & flagitioſè cum aliquo oberro. Bud. Com.
Συμπεριφορά. ᾶς. ἡ. portatio quæ fit circunferendo, circunlatio, conuictus, compotatio, obedientia.
Συμπερμασκευάζω. μ. άσω. π. ακα. adiuuo.
Συμπεσών. όντος. ὁ. cõtingens, incidens.
Συμπέσσω. concoquo, ἐκπέσσω.
Συμπεφραγμένον. τ. conſeptum.
Συμπεφυκός. τὸ. compreſſum, concorporatum, os uuluæ obductum.
Συμπεφυκότες. οἱ. obcæcati, obſepti.
Συμπήγνυμι. μ. ήξω. π. ηχα. conſtringo, congelo. Actiu. accuſ.
Συμπηγνύω. compingo, coapto, compono.
Σύμπηκτος. ου. ὁ. compactus.
Σύμπηξις. εως. ἡ. cõnixtio, compoſitio.
Συμπιέζειν. opprimere.
Συμπιλέω. conſtipo, complico.
Συμπίνω. μ. συμπίσω. π. συμπέπωκα. combibo. Neut. datiuo iung.
Συμπίπτω. μ. συμπεσοῦμαι. π. συμπέπτωκα. & ἀόρ. β. συνέπεσον. contingo, concido, & idem patior, incurro, coëo, competo, Ariſtot. de Hiſt. 1. & 9. Item contraho, aſtringor, & συνίζάνω, id eſt cõſido, προσίλλομαι, ut apud Xenoph. qui μυκτῆρας διαπεπταμένας opponit τοῖς συμπεπτωκόσιν. & Ariſtotel. de Gener. 2. Res enim tumida, cum ad habitum ſuum redit, συμπίπτειν dicitur, hoc eſt conſidere, συνίζειν ἢ καθίζεσθαι. Eſt etiam τὸ συῤῥήγνυμαι καὶ συμπλέκομαι, ἢ συμβάλλω, confligo, ut συμπίπτω τοῖς πολεμίοις. Item ἁρμόζω, congruo, conuenio. Neutrum, datiuo iung. Bud. Com.
Συμπιτνῶ. id eſt συμπίπτω.
Συμπλάττω. confingo, comminiſcor, calumnioſè

lumnioſe exquiro, conflo.

Συμπλέονες. complures ſimul collecti.

Συμπλέκομαι. manum confero, aut pedem confero, confligo. Accipitur etiam in bonam partem pro amicè conuenio & complector, hæreóq;.

Συμπλέκομαί τινι, eſt mihi negotium cum eo, rem habeo cum eo, implicatus ſum. Cicero dixit, Sortis neceſsitudine coniunctus ſum. Bud. Com.

Συμπλέκω. μ. έξω. π. εχα. concinno, complico, cõtexo, conſero manus. Acti. accuſ.

Σύμπλεξις. εως. ἡ. complexio.

Συμπλεόνως. conſentiens, ὁμονοῶς.

Συμπληγάς. άδος. ἡ. ſymplegas, id eſt cõplexio. Sunt etiam Symplegades inſulæ duæ, ſiue duo ſcopuli in Boſphoro: dictæ quòd inter ſe aliquando concurriſſe fabulis traduntur.

Συμπληθυνόω. μ. ωσω. impleo. Genit.

Συμπλοκή. ῆς. ἡ. complexio. Item coniunctio, hoc eſt cum negotium cum aliquo habemus. Item coitus uenereus. Item cõgreſsio, prælium, conflictio, manuum cõſertio. Pertinet etiam ad textoriam, & idem ſignificat quod συνύφανσις.

Σύμπλοος. ου. ὁ. ſimul nauigans.

Συμπλοΐα. ας. ἡ. connauigatio.

Συμπνιγόομαι. ſuffoco.

Συμπνευσμός. οῦ. ὁ. conſpiratio, ὁμόνοια.

Συμπνέω. conſpiro, hoc eſt unanimiter aggredior quippiã & coniuro, quod etiam dicitur συμφρονῶ.

Συμπνοΐα. concordia.

Συμποδηγῶ. duco, dirigo.

Συμποδίζω. μ. ίσω. π. ικα. obligo, id eſt impedio. Actiu. accuſ.

Συμποθέν. abſorptum, deglutitum.

Συμπολεμίζω. concerto, auxilior.

Συμπολίζω. μ. ίσω. π. ικα. ſocio habitare, comprehendo.

Συμπομπεύω. ludos celebro.

Συμπονέω. μ. ήσω. π. ηκα. ſimul laboro. Neutr.

Συμποριςμός. οῦ. ὁ. paratio.

Συμποσιάζω. μ. άσω. π. ακα. conuiuor. Neutr.

Συμποσιαρχέω. ſympoſiarchia fungor in conuiuio.

Συμποσιάρχης. ου. ὁ. συμποσίαρχος.

Συμποσιαρχία. ας. magiſteria conuiuiorum.

Συμποσίαρχος. ου. ὁ. præfectus conuiuij, modiperator, cui ſorte principatus conuiuij obtigit.

Συμποσιαστής. οῦ. ὁ. conuiuator.

Συμπόσιον. ου. τὸ. compotatio, conuiuiũ, locus conuiuij.

Συμποτικός. οῦ. ὁ. ſpectans ad conuiuiũ, exhilarans conuiuium, hilaris conuiua.

Συμπότης. ου. ὁ. compotor, conuiua.

Συμπότρια. ας. ἡ. compotrix.

Συμπράκτωρ. ορος. ὁ. adiutor, ſocius.

Συμπράττω. conficio, ut συμπράττω σοι τόδε, hoc tibi conficio & in cõmodum tuum, & tua cauſa efficio, & ſtudeo tibi. Vnde pro fauere & opitulari, adiuuare, & conſpirare ponitur.

Συμπροθυμοῦμαι. in eandem cauſam incumbo, ad idem efficiendum cõtendo, eôdem incumbo.

Συμπρονομεύω. μ. εύσω. π. ευκα. ſum ductor ad prandium.

Συμπροπέμπω. μ. έμψω. π. εμφα. comitor.

Συμπρόσειμι. adhæreo.

Συμπροσιτυγχηκέναι. cohærere.

Σύμπτωμα. ατος. τὸ. incurſus, caſus, accidens. Refertur aliquando ad morbum, ut pallor in morbo σύμπτωμα eſt, hoc eſt morbi acceſsio. Significat etiam caſum alicuius rei aſſectam, Ariſtot. de Hiſt. 9. Bud. Com.

Σύμπτωσις. εως. ἡ. cõpreſsio, calamitas,

contractio. Significat etiam caſum quencunq;, ſicut σύμπτωμα. Eſt etiam incurſio rerum eôdem deſinentium, ut linearum quæ non ſunt parallelæ. Bud. ibidem.

Συμπυρῶσθαι. concaleſcere in ſpeciem pumicis uel toſi, & coaleſcere.

Συμφανής. ἐος. ὁ, ἡ. manifeſtus, φανερός.

Συμφάσεις. αἱ. apparentiæ colorū, quales in iride uidentur.

Συμφέρει. expedit, utile eſt.

Συμφέρομαι. confero, id eſt utilis ſum, & ſimul fero. Συμφέρομαί σοι, tecum ſentio. opponitur τῷ διαφέρομαι. Significat etiam cõgredior tecum, & conuenio te, Plat. & Herodo. Item συμφέρεσθαι τοῖς παροῦσι, ſorte ſua acquieſcere, & modicis contentum eſſe, qui nihil præcipuum ſibi poſtulat, Plut. Συμφέρομαι τοῖς πολεμίοις, confligo, collido, συγκρούω. Συμφέρομαι τοῖς πολλοῖς, unus ſum è multis, non ſum eximius. Significat etiam contingere. Herodot. συνηνέχθησαν οἱ τυφλὸν γενέσθαι. Et Plut. in Cæſ. τύχη τις ἄχαρις τῷ καίσαρι συνηνέχθη, id eſt euenit. Bud. Com.

Συμφερόντως. utiliter.

Σύμφερος. ου. ὁ. &

Συμφερτός. ου. ὁ. utilis, in unum collatus.

Συμφέρω. τὸ συμφέρομαι.

Συμφεύγω. confugio.

Σύμφημι. μ. ήσω. confiteor, conſentio, colludo, aſſentior, comprobo. Neut. datiuo iung. Paulus ad Rom. σύμφημι τῷ νόμῳ, conſentio legi.

Συμφίστωρ. ορος. ὁ. uates, teſtis.

Συμφθίνω. unà decreſco.

Συμφιλοδοξῶ. ſeruio alicuius gloriæ. Sic Cicero dixit, Nam omnes φιλοδοξοῦσιν gloriæ meæ.

Συμφιλοσοφῶ. unà philoſophari.

Συμφοιτάω. conuenio.

Συμφοιτητής. οῦ. condiſcipulus.

Συμφορά. ᾶς. ἡ. calamitas.

Συμφορέω. congero, accumulo.

Συμφόρησις. εως. ὁ. collatio, caſus, contingentia, infortunium.

Συμφόρητος. collatus, mixtus.

Σύμφορον. ου. τό. commodum, conſentiens, aptum.

Σύμφορος. ου. ὁ. utilis, conueniens, decens.

Συμφορούμενοι. dicuntur aues, quando nidos conſtruunt. Sic Vergil. in Palem. Nanque notaui Ipſe locum, aëriæ quo congeſſere palumbes. Apud Platonem συμπεφορημένοι opponuntur διαπεφορημένοις, hoc eſt compoſiti diſperſis & diuulſis. Bud. Com.

Συμφράδμων. ονος. ὁ. conſiliarius, ὁμόφρων.

Συμφράζομαι. μ. άσομαι. π. ασμαι. conſulo, delibero, dico, uideo.

Σύμφρασις. ἡ. conſenſus.

Συμφράττω. μ. άξω. π. αχα. concludo, obturo. Actiu. accuſ.

Συμφρονέω. μ. ήσω. π. ηκα. concordo, una intelligentia concipio & comprehendo, complector. Neut. dat. iung.

Συμφρονήσαντες. οἱ. prudentes.

Σύμφρων. ονος. ὁ, ἡ. conſors.

Συμφυής. έος. ὁ, ἡ. cognatus, connaturalis, eiuſdem naturæ, ingenitus.

Συμφυΐα. ας. ἡ. conuenientia, coniunctio, & quaſi concreſcentia.

Συμφυλέτης. ου. ὁ. gentilis, tribulis.

Σύμφυλος. ου. ὁ. ſimul natus, conueniens naturæ.

Συμφύρομαι. commiſceor.

Συμφύρω. commiſceo, συμφυράω.

Συμφύσεις. αἱ. ſinus.

Σύμφυσις. εως. ἡ. coaleſcentia, cohæſio.

Συμφυσῶ. τὸ συμπνῶ.

Σύμφυτος. ου. ὁ. inſitus, conſitus, com-

plantatus.

Συμφύω. coaleſco.

Συμφωνέω. μ. ήσω. π. ηκα. conuenio, id eſt pactum facio, conſono, conſentio. Neut. datiuo iung.

Συμφωνία. ας. ἡ. concentus, conſonantia, conſenſus.

Σύμφωνον. ο. τό. conſonans, pactum.

Συμψηθείς. contritus, uulneratus. Et συμψῆσαι, συγχέαι τὴν κόνιν.

Συμψηφίζω. μ. ίσω. π. ικα. cōputo. Actiu.

Σύμψηφος. ου. ὁ. eiuſdem ſententiæ.

Σύμψυχοι. οἱ. unanimes, eiuſdem ſententiæ.

Σύν, & Atticè ξύν. præpoſitio eſt, & ſignificat cum, ſemperq́ cum datiuo conſtruitur. In compoſitione adiuuat uim uerbi, & gratiam addit, ut συντελῶ, ad conſummationem confero. Interdum ſignificat contractionem ſenſim procedentem, ut σύνοξυς, ſenſim mucronatus, in mucronem deſinens.

Σὺν θεῷ. Dei pace impetrata, deo exorato. Contrariū illi quod eſt apud Plaut. Pœn. Nā ego infœlix dis meis iratiſsimis. Bud. Com.

Σὺν χρόνῳ. tandem, ad tempus, aliquanto tempore.

Συναγανάκτησις. indignatio.

Συναγείρω. μ. γερῶ. cōgrego. Acti. accuſ.

Συναγελάζομαι. aſſocior.

Συναγελάζω. μ. άσω. π. ακα. coniungo, congrego, concilio, ſocio.

Συναγελασμός. οῦ. ὁ. congregatio.

Συνάγκεια. ας. ἡ. conuallis, locus ubi duæ ualles conueniunt.

Συναγηόχει. comportauerat.

Σύναγμα. reſidentia, nubes, eleuatio, collectio.

Συναγορεύω. μ. εύσω. π. ευκα. ſimul aduoco, conſentio, cōcordo, in iudicio defendo, patrocinor, adſū, perſuadeo.

Συναγρόμενοι, pro συναγειρόμενοι. congregatus.

Συνάγχη. ης. ἡ. angina, quæ uulgò ſquinantia, ſynanche.

Συνάγω. μ. άξω. π. αχα. congrego, conduco, id eſt ſimul duco: ſicut Cicer. Rhet. ult. Virgines locum in unum conduxerunt, id eſt coēgerunt. Item contraho quod apertū eſt, id eſt claudo, coniungo, Ariſtot. de Part. 3. & de Hiſt. 2. Item concilio, εἰς ὁμόνοιαν ἄγω, Herodo. Item intendo, augeo, Gregor. Item conquiro. Acti. accuſ. Bud. Com.

Συναγωγεύς. ὁ. conciliator & congregator.

Συναγωγή. ῆς. ἡ. congregatio, contractio, adductio.

Συναγώγιμος. collatiuus, Athen. 7. Vnde συναγώγιμα συμπόσια uocantur, & συναγώγιμα δεῖπνα, τὰ ἐκ τῶν συμβολῶν, hoc eſt συμβλητά.

Συναγωνίζομαι. μ. ίσομαι. π. ισμαι. concerto, ſocius in pugna adiuuo, ſuffragor.

Συναγωνιστής. οῦ. ὁ. commilito, auxiliator.

Συνάδελφος. qui fratrem habet, opponiturq́ τῷ ἀναδέλφῳ.

Συναδικεῖν. cum alio iniuſtitia aliquem afficere.

Συνάδω. μ. άσω. π. ακα. concino, concordo. Neut. datiuo iung.

Συναθροίζω. μ. οίσω. congrego.

Συνάθροισις. ιος. ἡ. confluuium.

Συναθροισμός. οῦ. ὁ. congeries, congregatio.

Συναιγδην. ſimul, uno impetu.

Συναΐδιος. ου. ὁ. coæternus, συνυπάρχων.

Συναικλίαι. αἱ. conuiuia, concœnationes.

Σύναιμος. ου. ὁ. conſanguineus, frater.

Συναινέω. μ. έσω. π. εκα. comprobo, conſentio, annuo. Actiu. accuſ.

Σύναινος. ου. ὁ. laudis particeps, ὁμόδοξος, cohabitator.

Συναιωρέομαι. μ. ήσομαι. π. ημαι. ſto ſuſpenſus, pendeo animi, contrahor.

Συναίρεσις. ιος. ἡ. ſynæreſis, id eſt tractio, contractio, figura quando ex duabus uocalibus diuiſis, una fit ſyllaba & diphthongus, ut δημοσθένει pro δημοσθένεϊ.

Συναέριθος. ου. ὁ. adiutor.

Συναιρέω. μ. ήσω. π. ηκα. contraho, συνάγω, συμβάλλω. Actiu. accuſ.

Συναίρομαι. auxilior, συμπράττω. Depo. accuſ. ut συναίρομαί σοι τὴν δυστυχίαν, hoc eſt ſubleuo, μετὰ σοῦ δυστυχῶ: & συναίρομαί σοι τὸν κίνδυνον, pro συναγωνίζομαι. Eſt enim συναίρεσθαι ſimul cũ aliis ſuſcipere, ἀναλαμβάνειν. Bud. Com.

Συναῖρον. ſecum aliud tollens.

Συναίροντα, & συναναιροῦντα, dicuntur apud Ariſtot. quibus ſublatis, altera quoque tolluntur.

Συναίρω. confero. Matth. συναίρει λόγον μετὰ τῶν δούλων, Conferre rationem cum ſeruis. Sic Cic. ad Att. 5. Quid opus eſt (inquam) potius, quàm rationes conferatis?

Συναισθάνεσθαι. cõſentiſcere, συμπάσχειν. Dionyſius, οὕτω γὰρ καὶ ἡμεῖς ἑαυτῶν συνῃσθόμεθα, Nobis conſcii noſtri ſimus.

Συναίσθησις. uerbum eſt medicorum apud Galen. quæ eſt ueluti morbi conſcientia.

Συναίτιος. ου. ὁ. cauſalis, cauſa adiutrix. Cicero cauſæ adiuuantia uocat τὰ συναίτια.

Συναίω. cohabito. Neut. datiuo iung.

Συναιχμος. ου. ὁ. auxiliator, ſocius in bello.

Συνακμάζω σοι. æqualis tuus ſum, clareo tuis temporibus.

Συνακολουθέω. μ. ήσω. π. ηκα. ſimul ſequor, comitor, correſpondeo. Neutr. datiuo iung.

Συνακόλουθος. ου. ὁ. comes.

Συνακτήριον. ου. τὸ. accumulatio, συνάθροισμα.

Συναλλακτὴς. οῦ. ὁ. conciliator.

Συναλοιφή. ῆς. ἡ. counctio.

Συναλείφω. μ. είψω. π. ειφα. ſimul iungo. Actiu. accuſ. ut συναλείφειν φαῦλα, delinire praua, blandiri prauis. ubi tranſlate ponitur.

Συναλίζω. μ. ίσω. π. ικα. congrego, conglomero, conuenio, coniungo. Acti. accuſ.

Συνάλλαγμα. ατος. τὸ. commutatio, contractus, commercium, συμβόλαιον, σύναξις.

Συναλλακτής. conciliator, φιλιαστής.

Συναλλακτικὸς νόμος. commercialis lex, quæ cauet in contractibus.

Συναλλάττω. μ. άξω. π. αχα. concilio, ut nuptias, &c. contraho, paciſcor, contractus conuentáque ineo, συνάγω. Actiu. accuſ.

Συναλλαγή. ῆς. ἡ. conciliatio.

Συναλοιφή. uocalium colliſio, unio duarum ſyllabarum, quantum ad uocales in unam.

Συνάμμα. τὸ. copula, uinculum.

Συναμπρεύω. comeo, ſuccurro laboranti, connitor. ab ἀμπρεύω.

Συναμφότερον. utrunque ſimul. Dicitur tam ſingulariter, quàm pluraliter, licet ἀμφότεροι tantum dicatur pluraliter. Bud. Com.

Συναναγκάζω. τὸ καταναγκάζω, quod etiam προσαναγκάζω dicitur.

Συναναθροισμός. οῦ. ὁ. frequentatio.

Συναναλίσκω. ſuppedito, χορηγῶ, hoc eſt non malignè præbeo neceſſaria.

Συνάναρχος. ου. ὁ. coæternus.

Συναναστρέφομαι. μ. έψομαι. π. εμμαι. ſi

mul

mul uerſor cum aliquo. Depon. *ab.*

Συνανατέλλομαι. *coorior.* Depon. *datiu.*

Συνανδρῶμαι. *unà roboror.*

Συνανθεῖ. *unà floret.*

Συνανθρωπεύομαι, *uel* συνανθρωπεύω, &

Συνανθρωπέω, &

Συνανθρωπίζω. μ. ίσω. π. ικα. *cum hominibus dego, cum hominibus uerſor.* Animalia etiam *cicuria & manſueta uocantur* συνανθρωπευόμενα.

Συναντάομαι, &

Συναντάω. μ. ήσω. π. ηκα. *obuiam eo.* Neutr. *datiuo iung.*

Συναντήθην, *pro* συνηντήθην. *occurri, obuiaui.*

Συνάντημα. ατος. τὸ. *euẽtus. unde* συνάντημα ἓν συναντήσεται αὐτοῖς. *in unum & eundem exitum incurſuri ſunt.*

Συναντιλαμβάνω. *adiuuo.* Actiu. *accuſ.*

Συνάντομαι. συναντάω. Depon. *datiuo.*

Συναγράω. *comitor, conſequor.*

Συνάορος *pro* συνήορος, *metatheſi* τοῦ α. ὁ, ἡ. *coniunx,* συνηρμοσμένη.

Συναπάγομαι. *accommodo.* Paul. *ad* Rom. συναπάγομαι τοῖς ταπεινοῖς, *Accommodo me hominibus,* συμπεριφέρομαι.

Συναπαίρω. μ. αρῶ. π. ηρκα. *commigro.* Datiuo.

Συναπερείδω. *firmiter adigo, impingo, incutio,* ἀπερείδω. Vnde Plut. *in* Cicer. καὶ τῷ λόγῳ συναπερείδων ἐπὶ τὸν Καίσαρα τὴν ὑπόνοιαν, *Atque interim oratione ſua ſuſpicionem coniurationis in Cæſarem excutiens, & impingens, infligensque.* Bud. Com.

Συναπηρτισμένος. *perfectus, impletus.*

Συναποβάλλω. *ſimul amitto.* Actiu. *accuſ.*

Συναπογράφομαι. *mittor ad ſuffragia magiſtratus gratia.*

Συναποδημῶ. *ſimul peregrinor.*

Συναποδύονται. *ſimul ueſtem exuunt.*

Συναποθανούμενοι. *commorientes.*

Συναποθνήσκω. *commorior.* Vnde συναποθνήσκοντες, *ſocij erant apud* Aegyptios, *tanto affectu inter ſe mutuo deuincti, hac lege copulati, ut ſi fatale quippiam, aut diri caſus alteri contigiſſet, alter tanquam pœnæ ſocius, eundem fortunæ exitum eſſet laturus, ſocijque & comites eſſent & fortunarum & calamitatum, quemadmodum de* Antonio *&* Cleopatra *legimus.* Apud Aquitanos *huiuſcemodi ſocij* Solduni *dicti ſunt.* Alexand. Genial. lib. 1. cap. 26.

Συναποκρίνομαι. *colludo.*

Συναπολαμβάνω. *concipio.*

Συναπομαραίνω. μ. ανῶ. π. αγκα. *contabeſco.* Neutr.

Συναποσβέννυσι. *ſimul mutant.*

Συναποτικτόμενα. *cõgenita &* σύμφυτα.

Συναποτίκτω. *unà cum partu edo.*

Συναπτικός. οῦ. ὁ. *coniunctiuus.*

Συναπτός. οῦ. ὁ. *coniunctus.* Et συνάπτος, ὁ συνάπτων, καὶ δεσμῶν.

Συνάπτω. μ. άψω. π. ηφα. *coniungo, coaleſcere facio & ferrumino, conglutino,* συντήκω. Theoph. 9. *Accipitur plerunque paſſiuè pro hæreo alicui rei uel adhæreo, coëo, committor, coaleſco, cohæreo.* Item *conuenio, quadro,* ἁρμόττω, *congruo, conſentaneus ſum.* Eſt etiam *contingo.* Et *concurro, incurro, competo.* Item *confligo, congredior cum hoſtibus, & manus conſero.* Bud. Com.

Συναράσσομαι. *confligo & confligor.*

Συναράττω. τὸ συγκρούω, *collido, confringo, urgeo,* συμπιέζω.

Συνεκπάθω. *ſimul expello.*

Συνάρθρος. ου. ὁ. *articulatus.*

Συναρμόζω. μ. όσω. π. οκα. *coapto, copulo, effingo, appendo,* συνάπτω. Acti. *accuſ.*

Συναρμολογέω. μ. ήσω. π. ηκα. conſtruo. Actiu.

Συναρμόττω. τὸ συναρμόζω.

Συναρμοστὴς. ῦ. ὁ. ſimul præfectus, collega præfecti.

Σύναρσις. ιος. ἡ. connexio, compoſitio.

Συναρτάω, &

Συναρτύω. μ. ύσω. π. υκα. συναρμόττω.

Συναρχαιρεσιάζειν. ire ad comitia ad dandа ſuffragia, in petitione adiuuare, candidato fauere & adeſſe.

Συνάρχων. οντος. ὁ. collega.

Συνάρχω σοι. collega tuus ſum.

Συνάσκησις. ιος. ἡ. continentia.

Συνασπίζομαι, &

Συνασπίζω. μ. ίσω. π. ικα. contego, conſtipo, defendo. Actiu. accuſ. Bud. Com.

Συνασπισμός. ῦ. ὁ. protectio, mutua defenſio, cum milites mutuò ſcuta & haſtã obtendunt capiti, teſtudo phalangis, συνάφεια.

Συνασπισταί. οἱ. commilitones, mutuò ſe defendentes.

Συνάδω. concino, aſſentior, συνᾴδω.

Συναύξομαι. creſco.

Συναύγεια. τά. corradiantia.

Συναυλία. ας. ἡ. conſonantia: propriè citharæ & tibiæ, uel alterius organi cum tibia.

Συναυλίζομαι. μ. ίσομαι. π. ισμαι. conuerſor, cohabito. ab αὐλῆ, quod ſtabulum ſignificat & diuerſorium. Depon. datiuo iung.

Σύναυλος. ου. ὁ. conſonans, σύμφωνος, cohabitator, κοινωνὸς, συνάθλος, contubernalis, ſocius.

Συναύξειν. adaugere.

Συναύτης. ου. ὁ. ſocius in nauigatione.

Συνάφεια. ας. ἡ. propinquitas, contrectatio, cõtiguitas, iũctura, cõiunctura, coitio, coitus, expreſsio, effigiatio.

Συναφή. ῆς. ἡ. idẽ, coniunctio, cõnexio.

Συναφίσταμαι. ſeparo.

Συνάχθομαι. condoleſco.

Σύναψις. ιος. ἡ. coniunctio.

Συνγενία. ſtudium.

Συνδακρύω. μ. ύσω. π. υκα. collacrymor.

Συνδακών. rumpens.

Συνδ' ἤειρεν. colligauit.

Συνδαπανάω. μ. ήσω. π. ηκα. cõcœno. Neu. datiuo iung.

Σύνδειπνος. ου. ὁ. concœnatio.

Σύνδεσμος. ου. ὁ. nodus, coniunctio.

Συνδετικός. ῦ. ὁ. fœderabilis.

Συνδέω. μ. ήσω. uel ἔσω. π. ηκα. uel εκα. colligo. gas. Actiu. accuſ.

Συνδημιουργέω. condo.

Συνδιάγειν ἡδέως. iucundi in conuictu.

Συνδιάζειν. conſpirare, conſultare.

Συνδιαιτάω. μ. ήσω. π. ηκα. ſimul uiuo.

Συνδιαιτησόμενος. conuicturus.

Συνδιανυκτερεύειν. perpetuò conuerſari.

Συνδιαλλάττω. concilio.

Συνδιαμνημονεύω. recordor.

Συνδιαπορεῖν. ſimul deliberare.

Συνδιαπράττω. ſimul conficio, curo.

Συνδιασμός. ῦ. ὁ. cõiunctio, conſpiratio.

Συνδιαταλαιπωρέω. μ. ήσω. π. ηκα. ſimul laboro, & in ærumna ſum.

Συνδιαφέρω. cum alio tolero.

Συνδιημέρευσις. ιος. ἡ. quotidiana conſuetudo.

Συνδιημερεύω. μ. εύσω. π. ευκα. diẽ ſimul duco, τὴν ἡμέραν συνδιάγω.

Συνδικεῖν. adeſſe, patrocinari, defendere, ab eadem cauſa dicere, & patrocinium ſuum in cauſam communem afferre.

Σύνδικος. ου. ὁ. ſimul iudex, qui eandem cauſam defendit: & ὁ συναπὼν τοῖς δευτερολογίαις, hoc eſt, qui ſecundis actionibus cauſam defendit, ut in cauſa Cornelij Balbi Cicero. Itẽ qui à ſingulis urbibus mittuntur patroni ad cauſam unius prouinciæ tuendã,

σύνδικοι dicũtur. Bud. in An. & Cõ.

Συνδισκάω. μ. άσω. π. ακα. colludo, diſco.

Συνδοκεῖν dicitur, quod conſtat inter multos & de quo inter eos conuenit. Inde in Pandect. τὰ συνδόξαντα dicuntur compacta & conuenta. Bud. Com.

Συνδοξάζομαι. conglorificor.

Συνδοτικόν. συνδεδομένον.

Σύνδουλος. ου. ὁ. conſeruus.

Συνδραμεῖν. coire, concurrere, congregare, iuuare, συνθεῖν.

Συνδρομάδες. αἱ. anguſtiæ ſunt, quæ & ſymplegades, à

Συνδρομή. ῆς. ἡ. concurſus.

Συνδυάζω. communico, coniungor.

Συνδυασμός. combinatio, coniunctio.

Σύνδυο γεννηθέντες, id eſt δίδυμοι. Σύνδυο etiam bini ſunt.

Συνεάξαι. fregiſſe. ex ἄγω.

Συνεγγίζω. μ. ίσω. π. ικα. admoueo, impono.

Συνεγγύς. propè.

Συνέγκω. confero.

Συνεδεῖσθαι. conſidere.

Συνέδρα. ας. ἡ. ſtatio, conſeſsio.

Συνεδρεύω. μ. εύσω. π. ευκα. præſideo.

Συνεδρία. ας. ἡ. conſeſſus ſenatorum ac iudicum, concilium, conuentus.

Συνέδριον. ου. τό. idem, curia.

Σύνεδρος. ου. ὁ. conſeſſor, aſſeſſor, conſiliarius.

Συνείργω. μ. είρξω. π. ειρχα. colligo. Acti.

Συνῆκε. intellexit, cõmiſit, συνέβαλεν.

Συνεθίζω. μ. ίσω. π. ικα. conſueſco.

Συνείδησις. ιος. ἡ. &

Συνειδός. ότος. τό. conſcientia.

Συνειδώς. ότος. ὁ conſcius. uide σύνοιδα.

Συνειμαρμένα. fato connexa, fati conſequentia, atq; comitantia, quaſi aſfata dicas.

Σύνειμι, συνιέναι, et in tertia perſ. plur. indic. συνίασι. ſimul ſum, conuenio, uerſor, conſuetudinem habeo.

Συνειπεῖν. ſuadere, patrocinari. Vnde συνείποιμι, pro aliquo perorarem & conſentirem.

Συνείρ. connectens aliquid ſine intermiſsione.

Συνείργω. μ. είρξω. π. ειρχα. concludo, cohibeo, coërceo. Actiu. accuſ.

Συνείρω. μ. ερῶ. congrego, coniungo, conſero, connecto. Vnde συνείρω τὸν λόγον, continuo ſermonem, oratione continua utor, dico ſermone continuato, & orationem perpetuam habeo. De ijs dicitur qui facundè & expeditè loquuntur. Quintil. connectere & continuare uerba dixit, Cicero declamare.

Συνεισβάλλω. τό συμπίπτω.

Συνεισέφρησε. συνεισήνεγκε.

Συνεισπορεύομαι. unà ingredior.

Συνεισφέρω. confero, ſimul induo. Datiuo & accuſ. iung. ut συνεισφέρουσιν αὐτῷ τὸν νόμον.

Συνεκβάλλω. unà eijcio.

Συνέκδημος. ου. ὁ. comes itineris.

Συνεκδίδωμι. confero ad dotem filiæ, adiuuo ad collocandam puellam.

Συνεκδοχή. ἡ. intellectio, figura grammatica.

Συνεκδοχικῶς. cõprehẽſim, ſucceſsiuè.

Συνεκθερμαίνω. cõcalefacio, intus excito.

Συνεκθηλύνω. unà effœminor.

Συνεκκαίω. τό. συνεκθερμαίνω.

Συνεκπέμπω. μ. έμψω. π. εμφα. ſimul emitto.

Συνεκπέττω. ad conſummationem concoquo.

Συνεκπλέω. ſimul enauigo.

Συνεκπορίζειν. ſubminiſtrare.

Συνέκρουσε. commiſit, excitauit inter aliquos diſcordiam. à συγκρούω.

Συνεκτίκτω. unà cum partu ædo. Item ad partum conduco.

Συνεκλύω. unà ſoluo.

Συνεκτρέφω. ad nutricationem cõfero.

Συνελαθῆναι. compulſos eſſe, συμβληθῆναι.

Συνέλευσις. εως. ἡ. conuentus, σύνοδος.

Συνελθεῖν. coire, conſpiraſſe.

Συνελίττομαι. conglomero.

Συνελιττόμενος. implicatus orbibus.

Συνελόντι φάναι. ut breuiter dicam, ut uno uerbo abſoluam. Dicitur etiam συνελόντι δ' εἰπεῖν, & ἑνὶ δὲ λόγῳ εἰπεῖν, & ἑνὶ λόγῳ, ſine uerbo. Et συνελὼν δὲ φαίην ἄν. Dicitur & per accuſat. καὶ συνελόντα φάναι: & adhuc συντομώτερον ſine uerbo, συνελόντι δὲ. Bud. Com.

Συνημμένον. ου. τό. coniunctum tetrachordum.

Συνέμπορος. ου. ὁ. comes, ſimul iens.

Συνεμφαίνω. ſimul refero & oſtendo. Theophraſt. Τὰ δὲ πολλὰ συνεμφαίνει τινὰ γευομένοις ὀσμὴν, id eſt, Odorem quendam unà cum ſapore referunt, hoc eſt, ſimul referunt, quaſiq; comitem habent ſaporis odorem cum guſtantur.

Συνενδεικνύμενα à Gale. dicuntur quæ indicationi conferunt. quod uerbum eſt medicorum peculiare, ut ἀντενδεικνύμενα, quæ contrariam indicationem habent. Bud. Com.

Συνενδιδόναι. cedere, concedere.

Συνενδύω. induo.

Συνενεγκεῖν. conducere, prodeſſe.

Συνεκλεκτή. ueſtræ conſors eccleſiæ.

Συνένστασις. εως. ἡ. contentio.

Συνεξανίσταται. unà conſurgit & inoleſcit. Plutarch. in Polit. οἱ κιττοὶ τοῖς ἰσχύουσι τῶν δένδρων περιπλεκόμενοι συνεξανίστανται, Hederæ prævalidæ arboris ſtipitem circumplexæ unà conſurgunt & inualeſcunt.

Συνεξανοίγω. cooperio.

Συνεξανύτειν. unà perficere.

Συνέξειμι. unà aggredior.

Συνεξέρχομαι. conuenio.

Συνεξισόω. μ. ώσω. π. ωκα. coæquo. Acti.

Συνεξομοιῶ. aſsimilo, ad imitationem effingo.

Συνεξερμάω. μ. ήσω. π. ηκα facio facultatem alicuius rei.

Συνέορσις. εως. ἡ. contractiuncula.

Συνεορτάζω. μ. άσω. π. ακα. concelebro.

Συνεοχμός. iunctura, conglutinatio, συνοχή.

Συνεπάγομαι. unà mecum duco.

Συνεπαινέω. μ. έσω. collaudo, comprobo, aſtipulor.

Συνεπαίρω. attollo.

Συνεπαισθάνομαι. unà ſenſum & fructum percipio.

Συνεπαιτιῶμαι. unà accuſo.

Συνεπαναγυρίζω. μ. ίσω. π. ικα. uado & conuerſor inter conuentus. Neutr. abſol.

Συνεπαπερείδω. idem quod συναπερείδω, de quo ſupra. Vtitur eo Plut. in Caſ.

Συνεπερείδω. μ. είσω. idem, innitor.

Συνέπεια. ας. ἡ. conſequentia.

Συνέπεσε. contigit, accidit.

Συνεπευθύνω. μ. υνῶ. dirigo. Acti. accuſ.

Συνεπευφημῶ. comprobo, collaudo.

Συνεπηχέω. conſona uoce accino.

Συνεπιβουλεύω. unà inſidior.

Συνεπιγράφω. mecum aſcribo, conſortem laudis facio, partem laudis impertio. Datiu. & accuſ.

Συνεπιδακρύω. collacrymor.

Συνεπικαταφέρεσθαι. ſimul incumbere.

Συνεπικλάω. μ. άσω. π. ακα. confringo.

Συνεπικοσμῶ. cohoneſto & uiſendum reddo.

Συνεπικουρῶ. unà & ſimul ſuccurro.

Συνεπικουφίζω. alleuo.

Συνεπικραδαίνω. unà mico.

Συνεπικροτέω. applaudo.

Συνεπι

Συνεπικρύπτω. occulto.

Συνεπικυρῶ. confirmo, comprobo. Et dicitur cum maior authoritas uel poteſtas probat quod minor cenſuit.

Συνεπιλαμβάνω. ſimul accipio, participo, adiuuo incæptum, opitulor, ſimul incumbo.

Συνεπιληπτέον. participandum, partem capiendum.

Συνεπινεύω. annuo, obſecundo.

Συνεπισπάω. corripio.

Συνεπισπῶμαι. idem quod ἐπισπῶμαι, attraho, allicio, aſciſco.

Συνεπίσταμαι. conſcio.

Συνεπιστένω. condoleo, συνάχθομαι.

Συνεπιτείνω. intendo, augeo. Accipitur etiam paſsiuè pro ſimul intẽdor, unà augeor, apud Ariſtot. lib. de Inſomn.

Συνεπισχύω. coadiuuo.

Συνεπιτίθεμαι. ſimul aggredior, inſidior.

Συνεπιφαίνομαι. ſententiam dico cum alijs.

Συνεπιφάσκω. confiteor.

Συνεπιψηφίζω. μ. ίσω. π. ικα. comprobo, ſimul ratum habeo, calculum unà adijcio, authoritatem accommodo, author fio.

Συνέπομαι. μ. ἕψομαι. conſequor, id eſt ſimul ſequor. Depon. datiuo.

Συνεπουρίζων ἄνεμος, pleniorem ſignificationem habet quàm οὔριος, uel ἐπουριάζων.

Συνερανίζω. colligo, congero, cogo, conuiuia & cœnas facio.

Συνεργάζομαι. μ. άσομαι. π. εἴργασμαι. adiuuo, conficio, ſubigo, id eſt κατεργάζομαι. Depon. datiuo iung.

Συνεργέω. μ. ήσω. π. ηκα. obſecundo, cooperor, adiuuo. Neut. datiuo.

Συνεργός. οῦ. ὁ. cooperator, adiutor, collega.

Συνέργω. copulo, concludo, cohibeo. Actiu.

Συνερείδω. adhæreo, nitor, ἀμφοτέρας ἐρείδω τὰς χεῖρας.

Συνερειστικός. ῦ. ὁ. habens uim renitendi.

Συνεράω. colligo fuſa, fundo.

Συνερετμέω. μ. ήσω. π. ηκα. ſimul remigo. Neut. datiuo iung.

Συνερίζω. μ. ίσω. π. ικα. coniungo.

Συνέριθος. ου. ὁ, ἡ. mercenarius: propriè quæ τὸ ἔριον, id eſt lanam ſimul operatur: σύνεργος, adiutor.

Σύνερξις. εως. ἡ. copulatio, συναφή, concluſio.

Συνέρομαι. interrogo, συνερωτῶ, συμβάλλομαι.

Σύνηρος. ου. ὁ. coniunx.

Συνέρχομαι. conuenio, id eſt congregor, coëo.

Σύνεσις. εως. ἡ. intellectus, prudentia, conſcientia.

Συνέσχηκε. compegit, συμπέπηγε.

Συνεσκολυμμένος. contectus.

Συνεστάλη. contractus eſt, territus eſt.

Συνεσταλμένος. contractus, timidus.

Συνεσταλμένως. parcè.

Συνέστηκε. conſiſtit, ornauit, commendauit.

Συνέστηκον. concreſcunt.

Συνεστηκώς. compactus, ſolidus, non fluxus, Ariſtot. & Theophr. Apud Aeſch. pro coniurato accipitur, & qui conſilium proditionis inijt. Bud. Com.

Συνεστηκότως. contracto animo, Ariſt.

Συνέστησε. commendauit, ornauit.

Συνεστιάομαι. μ. άσομαι. π. αμαι. cõuiuor. Depon. datiuo iung.

Συνέστιος. ου. ὁ. domeſticus, conuictor.

Συνεστώς. ῶτος. ὁ. compactus, ſolidus.

Συνισχύω. confirmo ſuppetias ferendo, roboro.

Συνετός. ὁ. intelligibilis.

Συνετίζω. μ. ίσω. π. ικα. facio intelligere, ſignifico, erudio. Actiu. accuſ.

Συνετός. ϫ. ὁ. intelligens.

Συνετώτερος. ϫ. ὁ. doctior.

Συνευδοκέω. μ. ήσω. π. ηκα. conſentio, cõmunico, aſſentio. idem ferè quod συνεπαινῶ, συγκατατίθεμαι. Neutr. datiuo.

Συνεαλκύω. coërceo.

Συνεύνιος, ὁ

Σύνευνος. ϫ. ὁ, ἡ. coniunx.

Συνευπορεῖν amico operam accommodare ad pecuniam conficiendam & inueniendam, Demoſthen. Accipitur pro conferre, Antiph. Bud. Cõ.

Συναίνεσις. εως. ἡ. aſſenſio.

Συνευφραίνομαι. μ. ᾶμαι. collætor. Depon. accuſ.

Συναινέω. μ. έσω. π. εκα. annuo. Neutr. datiuo.

Συνεφάπτομαι. μ. άψομαι. π. αμμαι. adiuuo. Minus autem eſt quàm συναίρομαι, quaſi ſummis digitis attingo, uel ſimul onus attingo, non etiam tollo & in humeros ſuſcipio: & plus quã παρεφάπτομαι, quaſi iuſtã operã cum alijs præſto. Depon. geni. Bud. Com.

Συνεφεῖ. nubes congregat.

Συνεφέλκω. ſimul traho, unà rapio.

Συνεφηβῦσαι. unà adoleſcere.

Συνεφής. έος. ὁ, ἡ. obſcurus, nubiloſus.

Συνεφία. ας. ἡ. congregatio nubium ad tempeſtatem.

Συνεφιστάνειν. conſyderare.

Συνεχέστατα. ſæpiſsimè, aſsiduè.

Συνεχής. έος. ὁ, ἡ. continuus, ſpiſſus.

Συνέχεια, uel συνεχεία. ας. ἡ. continuitas.

Συνεχμάλωτος. ϫ. concaptiuus. ab ἔχμα, quod uinculum ſignificat.

Σύνεχμος. ϫ. ὁ. coniunctura, ubi aliquid coniungitur, id eſt, commixtura.

Συνέχομαι. cohæreo, contineo, συμπλέκομαι, κρατοῦμαι.

Συνέχον. τὸ. continens, firmamentum apud rhetores.

Συνέχω. μ. έξω. π. συνέσχηκα. contineo, comprimo, coapto. Actiu. accuſ.

Συνεχῶς. continuò, ſæpius.

Συνεψία. συμπαίκτρια, συνομιλήτρια.

Συνεψιάζω. colludo, confabulor.

Συνεωνημένος. qui emit.

Συνηβολία. occurſus, συντυχία.

Συνηγοροῦμαι. patrocinio defendor. Bud. Com.

Συνηγορέω. μ. ήσω. π. ηκα. patrocinor. Datiuo.

Συνηγορία. ας. ἡ. patrociniũ, aduocatio.

Συνήγορος. ϫ. ὁ. patronus, aduocatus.

Συνήδομαι. μ. ήσομαι. π. ησμαι. collætor, gratulor. Datiuo iung.

Συνήθεια. ας. ἡ. conſuetudo. συνήθεις uero menſes dicuntur.

Συνήθης. εος. ὁ, ἡ. familiaris, conſuetus. Vnde τὰ συνήθη ποιεῖν, pro conſuetudine agere. Accipitur ἀντὶ τοῦ τὰ νομιζόμενα ποιεῖν, iuſta mortuis facere & parentare. Bud. Com.

Συνῆκα. intellexi.

Συνήκει. conducit.

Συνήκομαι. conuenio, coëo.

Συνήκοος. ϫ. coauditor.

Συνήκω. deſino, contrahor, coëo.

Συνήλυσις. εως. ἡ. conuentio.

Συνημοσύνη. ης. ἡ. compoſitio, pactum, confœderatio.

Συνήμων. ſocius, familiaris.

Συνηρετμεῖν. concordare. translatio à remigibus.

Συνηρεφής. έος. ὁ, ἡ. ſpiſſe cõtectus, umbroſus, denſus, conſitus, nemoralis.

Συνηρής idem, σύσκιος.

Συνηρημένον. ϫ. τὸ. contractum, congregatum.

Συνηρμοσμένος. concinnatus, συνηρμοσμένος.

Σύνηρος. ϫ. ὁ. concors, conſonans.

Συνῆχας. collegiſti.

Συνηχέω.μ.ήσω.π.ηκα. conſono, reſono reſpondendo ad cantilenam. συνηχθέσθω σοι, tecum graui affectus ſum (dolore.

Σύνθακος.ȣ.ὁ.cõſeſſor.

Συνθεῖν.coire, congregare.

Σύνθεμα.pactum, ſignum, teſſera.

Σύνθεω. audi, auſculta, animaduerte.

Συνθεσία.ας.ἡ. fœdus, συνθήκη.

Σύνθεσις.ιος.ἡ.compoſitio. Hæc eſt contraria ἀναλύσει, à quibuſdam confeſſis exordiens, & deſinens in id quod in quæſtione eſt: ἀνάλυσις autem eſt, quaſi retextio complexionis, hoc eſt, τȣ̃ συμπεφάσματος. Bud.Com.

Σύνθετος.ȣ.ὁ.compoſitus.

Συνθήκη.ης.ἡ. fœdus, pactum, conuentumq́; Ariſtot. Polit.3. Vnde κατὰ συνθήκην, ex compacto & ueluti in communi conditione lata, ciuili conſenſu & inſtituto, & iure recepto, Ariſtot. Ethic. 5. Dicunt etiam συνθήκας plurali numero ἀντὶ συμβολαῖς, ut παρὰ συνθήκας, contra fidem pacti & contractus, Demoſth. Et pro fœdere itidem pluraliter, Lyſ. Bud. Com.

Συνθηκοφύλαξ.κος.ὁ.depoſitarius.

Σύνθημα.ατος.τὸ.compoſitum, conſtitutum, ut ἀπὸ συνθήματος, ex compoſito, ex compacto & conſtituto. Item ſignum bellicũ quod datur inſtructæ aciei, id eſt teſſera, Xenoph. παιδ. 3. & 7. Significat etiam ſignum, id eſt uexillum. Et σύνθημα νυκτερινόν, apud Polyb. teſſera uigiliarum, quæ erat tabella ſcripta à Tribuno data. Sic Gregor. τολμᾶ δὲ κατὰ τȣ̃ μεγάλου συνθήματος, &c. Eſt & ſignum pugnæ, Plut. Accipitur generaliter pro quocunq́; ſigno. Vnde συνθήματα ἐπιστολιμαῖα, notæ ſiue teſſeræ quædam erant epiſtolares, indices & cõmendatrices eorum qui eas reddebant, Greg. in Iul. Et in Pandect. Græcis συνθήματα uocantur diplomata quæ ijs dabantur qui curſu publico uehebantur. Ex eo & συνθηματικαὶ ἐπιστολαὶ dictæ, quo uerbo etiam furtiuæ ſignificantur, cuiuſmodi hodie maximè frequentantur: præſertim ab ijs qui per hoſtica loca belloq́; infeſta tabellarios mittũt. Παραγγέλλειν τὸ σύνθημα, dare teſſeram. Ariſtot. παραγγέλλειν σύνθημα dixit, pro teſſeram prodere & proferre. Dicitur etiam διδόναι σύνθημα à Polyb. Quin & συνθήματα dicũtur ἀπηγορήματα & ænigmata. Bud. Com.

Σύνθεμα. pro eodem reperitur.

Συνθηματιαῖοι. οἱ ἠργολαβημένοι, καὶ ἐκδεδομένοι, ἐκδόσιμοι.

Συνθηρατής.ȣ̃.ὁ. ſocius in uenatione.

Σύνθηρος ȣ.ὁ.ſimul uenans.

Συνθιασώτης.ȣ.ὁ. concors.

Συνθλίβομαι.dilabor, pereo.

Συνθοίνιος.ȣ.ὁ. conuiua.

Συνθολοῦν.confundere.

Συνθραύω.confringo, συντρίβω.

Συνθρύπτω. affligo.

Συνθυμεῖν.ſimul indignari, conſentire.

Συνιδεῖν.uidere, conſyderare.

Συνιζάνω.reſideo, quemadmodũ in ſeſe reſidẽt ſpongiæ preſſæ. Itẽ cõſydero.

Συνίζησις.ιος.ἡ.cõſeſſus, ſedimentũ molis, id eſt, cum magnæ molis ſtructuræ ſubſidunt rimas quaſdã edentes. Et in carmine συνίζησις dicitur, cum inter metiendũ carmen duæ uocales ſyllabis diuiſæ pro una computantur, ut ἀχνύμενοι φρεσὶν ὄμβροι.

Συνίζω.idem quod συνιζάνω.

Συνίημι.μ.ήσω.π.ἕκα. intelligo, compono. Inde συνιᾶσι tertia perſ. plur. indicatiui. Actiuum eſt, & cum ſignificat intelligo accuſatiuum ha-

bet, cum ſentio, genitiuum. Conſtruitur quoq; non ineleganter cum participio, ut συνίημι πάσχων κακῶς, καὶ συνίημι μεταγνοὺς ἐμαυτόν.

Συνίσταμαι, uoce paſsiua. cogo, coagmento, fingo, formo, conſtruo, compingo. Ariſtot. Hiſt. 9. de Veſpis, καὶ συνίσαντα σφηκωνεῖς τετραθύρους, Conſtruunt fauos ſuos quadrifores. Item coniuro, conſpiro, ut οἱ δὲ συνίσαντο ἐπὶ κατιλίνα, Plut. Cicero per coire id enuntiauit, ut coire de innocentium fortunis, coire de locupletiſsimorum bonis, id eſt in abdito conſilia agitare de euertendis innocentiũ bonis, aut locupletum fortunis. Eſt etiam congregari. Item ad bellum conſociari, Xenoph. ἑλλ. 7. Item τὴν ἀρχὴν λαμβάνω, καὶ ὕπαρξιν ἔχω καὶ φύσιν εἰς τὸ εἶναι, id eſt, conſto, conſiſto, componor. Bud. Com.

Συνίστημι. μ. ήσω. π. ἕστηκα. π. συνίσαμαι, id eſt cogo, coagmento, fingo, formo, conſtruo, ut ζῶα συστῆσαι, homines fingere, Luc. in Prometh. Et Plato in Tim. ξυνέδησε καὶ συνέστησεν οὐρανόν: ubi media uoce uſus eſt. Inde pro concilio accipitur, & ad concordiam adduco, & quaſi conſocio, ut συστῆσαι πόλεις Iſocr. πρὸς φίλιππ. Vnde & Cic. ciuitates conſtitutas dixit, pro in unum conciliatas et conſociatas. Eſt etiam contraho, corrugo, obduco, ut συστῆσαι τὸ πρόσωπον, Plut. Symp. Et pro πήγνυμι, & cõcreſcere facio, Ariſtot. de gener. 1. Item conflo, communi conſenſu comparo, unanimiter molior, ut συνιστάναι πόλεμον, Iſocr. Demoſthen. & Plut. Ponitur etiam pro conſpiro, ſicut συνίσαμαι de coniurationibus, aut coitionibus. Ariſtot. Polit. 5. συστάντες ἐπέθεντο ἐπὶ τοὺς σπαρτιάτας. Et cum datiuo Demoſth. συνέστηκε πόλεμος φιλίππῳ καὶ ἀθηναίοις, Bellum exortũ eſt inter eos, uel exarſit. Et Plutarch. καὶ συνίστασαν ἐπ᾽ αὐτὸν τοὺς ἀνασείοντας, id eſt conſcribebant, decuriabant: ſicut Cice. pro Domo ſua, Cum deſperatis ducibus decuriatos ac deſcriptos haberes exercitus perditorum, id eſt factioſe coactos. Vnde συστὰς, decuriatus, ὁ καταλελεγμένος, ὁ καταστασιασμένος, καταλελοχισμένος: et συνεστηκὼς, de quo ſupra: & συνεστηκότες coniurati & coëuntes, & fœdus ineuntes & conſociati. Huc pertinet, cum pro ad defectionem, uel ad res nouas ſolicitare ponitur, Pauſan. Aliquando eſt quoq; oſtendo, teſtificor, id eſt γνώριμον ποιῶ, καὶ μαρτυρῶ, Demoſthen. πρὸς λάκριτ. & Iſæo περὶ κίρωνος κλήρου. Aliquando & συνίστημι, nobilem & notũ facio, illuſtro, Syneſ. Theotimo. Item commendo, ut συνίστημι τῇ βασιλείᾳ τῇ σῇ, Syneſ. Eſt etiam cõtinuo, & auxilior. Bud. Com.

Συνιστορῶ. conſcius ſum, σύνοιδα.

Συνίστωρ. ορος. ὁ. cognitor, teſtis.

Συνισχυρίζω, &

Συνισχύω. roboro, confirmo, ſuppetias ferendo roboro.

Συνίσχω. cohibeo, contineo.

Συνιῶν. ſentiens, intelligens.

Σύνναδα. ciuitas Phrygiæ.

Φυσιογνωμονῶ. per naturæ iudicia perſpiculo & cognoſco, ex facie hominum addiuino. Significat etiam diligẽter cognoſco faciem alicuius, & annoto, ut poſtea noſcam. Demoſthen. κατὰ ἀριϛ. ι. καὶ φυσιογνωμονήσουσι τὰς ἀποψηφισαμένους. Bud. Com.
Φυσιογνωμονία, &
Φυσιογνωμοσύνη. ſcientia qua natura hominum ex aſpectu corporis iudicatur.
Φυσιογνώμων. ονος. qui ingenia hominum & ſenſus ex aſpectu corporis iudicat.
Φυσιολογία. ας. ἡ. de natura inquiſitio, diſputatio de rerum naturis.
Φυσιολογῶ. de natura diſputo, phyſica ratione oſtendo. Vnde περὶ πάντων φυσιολογεῖν, de omnibus naturam ſcrutari. Eſt etiam aliquando τὸ φυσιογνωμονῶ, id eſt è naturæ habitu iudico, naturam cuiuſq; ex forma perſpicio.
Φυσιόω. μ. ώσω. π. ωκα. inflo, anhelo. Actiu.
Φύσις. ιος. ἡ. natura, potentia rei innata, ingenium & indoles, propoſitũ. Accipitur etiam pro pudendis tam uirorum quàm fœminarum: quod & Latini etiam naturam dicunt.
Φυσιωμένος. ȣ. ὁ. in naturam conuerſus.
Φυσίωσις. ιος. ἡ. inflatio, ſuperbia.
Φύσκη. craſſum inteſtinũ, aut uenter, inteſtinum, ex quo farina & carnibus iniectis, lucanicæ fiunt.
Φυσκίον. utriculus.
Φυσαλίς. ίδος. ἡ. apollinaris minor.
Φύσανοι. οἱ. fimbriæ.
Φυσητήρ. ῆρος. ὁ. fiſtula, ſufflatorium, pars corporis qua fit partus.
Φυσώδης. ιος. ὁ, ἡ. uentoſus, inflatione pariens.
Φυταλιά. ᾶς. ἡ. locus arboribus conſitus, hortus, uinea.

φυταλιάζω. planto, appropinquo.
φυταλίδαι. nomen herbæ, & omnia quæ naſcuntur.
φυταλίζειν. plantare.
φυτάλμιος. ου. ὁ. ſator, progenitor. Iouis Epitheton.
φυτάνη. plantationis tempus.
φυτεία. ας. ἡ. plantatio, ars plantandi, conſitio.
φυτεύμα. ατος. τὸ. phyteuma herba.
φυτευτήριας. ου. ὁ. plantarius.
φυτευτήριον. τὸ. ſeminarium, planta, uiuiradix.
φυτεύω. μ. εύσω. π. ευκα. planto, produco, ſero, conſero. Actiu. accuſ.
φυτηκόμος. ου. ὁ. plātator, uel locus plantis conſitus.
φύτιος. ου. ὁ. germinationis author. Solis cognomen.
φύτλη. generatio, genus, germen.
φυτοκομέω. plantandi ſtudio teneor.
φυτοκόμοι. οἱ. ſerendi ſtudioſi, loci plantis conſiti.
φυτόν. οῦ. τὸ. planta.
φυτόργημα. inſitum, inſitio, plantatio, conſitio.
φυτουργία. ας. ἡ. plantandi ars, plantatio, conſitio.
φυτουργός. οῦ. ὁ. plantator, ὁ ἀμπελουργός.
φυτουργῶ. plantas colo, & ſero curoq́, uel plantæ inſtar pango. Plato φυτουργεῖν plus eſſe ait quàm δημιουργεῖν: deumq́ φυτουργὸν appellat quaſi formarū, hoc eſt idearū cōditorem.
φύω. μ. ύσω. π. υκα. planto, produco, gigno, naſcor, ſum, tango, λαμβάνω, apprehendo, ἁπολαύω. Actiu. accuſ.

Φ Ω.

φῶ pro φωτὶ. luci, Eurip. Eſt & uerbum pro dico, oſtendo, foueo, ſplendeo, appareo, occido.
φώγνυμαι, &
φωγνύω, uel φωγνύω. cremo, accendo, adoleo, torreo, illuſtro.
φώγω. exicco, areo.
φῶιδες, φῷδες, uel φωίδες. maculæ rubentes in cruribus, ex ignis propinquitate nimia inductæ.
φωδιάζω. inſtruo.
φῶδον. ου. τὸ. ueſica, bulla, hulcus.
φώζω. ardeo, accendo, φωγνύω.
φωκαία. ας. ἡ. ciuitas Ioniæ.
φώκαιναι. αἱ. phocænæ, id eſt tirſiones, balenæ.
φώκη. ης. ἡ. phoca, uitulus marinus.
φωλάδες. feræ quæ in luſtris agunt.
φωλάζω. lateo, ἰμφωλεύω.
φωλεά. τὰ φωλητήρια.
φωλεός. οῦ. ὁ. luſtrum, latebra, id eſt ferarum locus, auditorium, palæſtra, antrum.
φωλεύω. μ. εύσω. π. ευκα. lateo, nidifico, latibulis incubo. Neutr. abſol.
φωλητήρ. ῆρος. ὁ. qui ſemper in eodem loco deſidet.
φωλητήρια. οἱ. domus conuiuales ubi clam potatur.
φωλία. morbus urſi, cum nimia pinguedine laborans anguſtiis latebris affricando corpulentiam diminuit.
φωλιδωτός. οῦ. ὁ. nidulator.
φωλίς. piſcitij genus quoddam, ſerpentum ſquamæ.
φωνασκία. ars exercendæ uocis.
φωνασκός. qui uocem exercet & regit, præceptor uocis, formandæ uocis magiſter.
φωνασκῶ. uocem exerceo, & modero, reddo uocem claram.
φωνέω. μ. ήσω. π. ηκα. uoco, loquor, cano, ſono, uocē edo, inclamo. Actī. accu.
φωνή. ῆς. ἡ. uox. διὰ τὸ φῶς εἶναι τοῦ νοῦ. Accipitur pro lingua, quemadmodum dicimus, lingua Græca, lingua Latina.
φωνήεις. ήεντος. ὁ. uocalis.

Φωνομαχεῖν. pugnare de uocibus.
Φῶντα. ſplendentem.
Φώρ. ρός. ὁ. fur, prædo. ἀπὸ τοῦ φέρειν.
Φωρά. ᾶς. ἡ. φώρια.
Φωραθείς. θέντος. ὁ. fraudis compertus.
Φωρατής. οῦ. ὁ. deprehenſor.
Φωράω. μ. άσω. π. ακα. deprehendo, in furto deprehendo, inuenio furtum, quæro, perueſtigo. Item ſuſpicor, ſuſpectum habeo. Actiu. accuſ.
Φώρια. τὸ φωρίον.
Φωριαμοί. locus Elidis.
Φωρίαμον. ου. τὸ. &c.
Φωριαμός. οῦ. ὁ. arca, ſcrinium. διὰ τὸ αὐτόθι τὰ φάρη ἐμβάλλεσθαι, ὅ ἐστι συνάγεσθαι: uel διὰ τὸ τοὺς φῶρας ἀπείργειν.
Φωρίον, &c.
Φῶρον. ου. τὸ. furtum, latrocinium.
Φῶρος. cuſtos, ſpeculator.
Φωρυτός. cœnum, colluuies, fœni aut ſarmentorum aceruus.
Φῶς, τοῦ φωτός. τὸ. lux, lumen, lucerna. à φῶ, id eſt luceo. Sic uocatur etiam nigricans arculus pupillam ambiens.
Φώς, τοῦ φωτός. ὁ. uir. à φῶ, quod eſt dico, loquor. Sed φὼς φωδὸς, ſignificat inuſtionem ab igne factam in cruribus.
Φώσκω. luceo, διαφαίνω.
Φώσωνες. uela, ſindones, ſudariola.
Φωστήρ. ῆρος. ὁ. luminare, feneſtra, θυρίς.
Φωσφόρος. ου. ὁ. lucifer.
Φωταγωγός. ὁ. feneſtra, lucem ferens.
Φῶτα. uirum, oculi, feneſtræ.
Φωταύγεια. ſplendor, λαμπρότης.
Φωταυγός. οῦ. ὁ. ſplendidus.
Φωτεινός. οῦ. ὁ. lucidus.
Φώτιγξ. ſplendor, fiſtula, φλόγιος.
Φωτίζω. μ. ίσω. π. ικα. illumino. Actiu. accuſ.
Φωτίον. oculus.
Φωτισμός. οῦ. ὁ. illuminatio, ſplendor.
Φωχθάς. ὁ. toſtus.

ΧΑδέω. μ. ήσω. π. ηκα. περιλαμβάνω, ſū capax. Neu.
Χάδω. idem.
Χάζομαι. μ. άσομαι. π. ασμαι. cedo, ſecedo, do locum. Depon. abſol.
Χάζω. μ. άσω. concedo, deuito, capio.
Χαίνω. μ. ανῶ. hio, dehiſco, inhio. Vnde κεχηνότες pro ſtultis, Ariſtoph. Nam ſtultitiæ ſignum eſt eſſe aperto ore. Neutr. abſol.
Χαῖον. uirga paſtoris, baculus incuruus.
Χαιός. οῦ. ὁ. probus.
Χαῖρε. ſalue, gaude, aue. Imperatiu. à
Χαίρειν. gaudere, ualere, ſaluere. Salutantis autem eſt, dum abimus, aut in fronte epiſtolæ, de quo in τῷ πράσσειν. Accipitur pro abire, diſcedere, & quaſi nuntium remittere, & migrare. Cicero de fuga Pompeij loquens, ita inquit ad Atticum, At ille πολλὰ χαίρειν τῷ καλῷ dicens, pergit Brunduſium: hoc eſt, abijciens honeſtatem fugam arripit. Sic Terent. Valeant qui inter nos diſſidium uolunt: pereant, κατ' εὐφημισμόν.
Χαιρέκακος. qui malis delectatur, damnis alienis inſultans.
Χαίρεσθαι. τὸ χαίρειν.
Χαιρέω. idem.
Χαιρηδών. όνος. ἡ. &c.
Χαῖρον. ου. τὸ. &c.
Χαιροσύνη. ης. ἡ. lætitia, gaudium.
Χαίτα. ης. ἡ. ſeta, iuba, cæſaries, coma: propriè in porcis.
Χαιτήεις. ήεντος. ὁ. &c.
Χαιτήεις. έντος. ὁ. ſetoſus, comatus.
Χαλαβίω. μ. ίσω. trepido, tumultuor, terreo.

Χάλαζα. ης. ἡ. grando. Item morbus porcorũ. Eſt etiam uitium & morbus oculi, cum in eo aſperſa grando uidetur, χαλάσιον.

Χαλαζᾷν. grandinoſum eſſe: de ſuibus.

Χαλαζοκοπία. grando procellens.

Χαλάζω. μ. άσω. π. ακα. deprimo, ſubmitto. Et rem aliquam ex alto penſilem facio. Item produco. Interdũ ſoluo, ut in Prouerb. ἱερὰν ἄγκυραν χαλάζειν.

Χαλαζώδης. εος. ὁ, ἡ. grandinoſus.

Χαλάρα. ας. ἡ. catena.

Χαλαργός. ου. ὁ. celer.

Χαλαρός. ου. ὁ. leuis, mollis, maturus, ὡραῖος, retractiuus. de porco dicitur grandinoſo.

Χάλασμα. ατος. τὸ. ſubmiſsio, iactus.

Χαλαστικός. ου. ὁ. uelox.

Χαλάω. μ. άσω. remitto, cõcedo, eijcio, flacceſco, langueſco, mollio, ἐκλύω, ἀνακλίνω.

Χαλβάνη. ης. ἡ. galbanum.

Χαλεπαίνομαι. idem quod ſuũ actiuum ſignificat. accipitur interdum tamẽ paſsiue, pro offenſis animis acerbiſq́; uerbis accipior, acrius obiurgor, acerbitate afficior, acerbè accipior.

Χαλεπαίνω. μ. ανῶ. grauo, moleſtus ſũ, iraſcor, ſæuio, offenſus ſum, indignor. Neutr. datiuo iung.

Χαλεπτω. idem, contendo, minor, afficio moleſtia, noceo, in difficultatem adduco, ἐνθλίβω. Interdum timeo.

Χαλεπός. ου. ὁ. ſæuus, grauis, moleſtus, difficilis, atrox, periculoſus, impoſsibilis.

Χαλεπότης. ητος. ἡ. difficultas, ſæuitia, grauitas, χαλεπτύς.

Χαλέπτω. μ. ψω. π. φα. minuo, humilio, laxo, iraſcor, lædo. Actiu. accuſ.

Χαλεπῶς. grauiter, moleſtè, difficulter, crudeliter.

Χαλίμα. ſcortũ impudens, uenefica.

Χαλιμάζω. μ. άσω. feror in libidinem.

Χαλιναγωγῶ. fræno moderor. Vnde χαλιναγωγῶν γλῶσσαν, frænãs linguã.

Χαλινός. ου. ὁ. frænum. Eſt ea pars fræni, quæ ori inſeritur.

Χαλινόω. μ. ώσω. π. ωκα. fræno. Actiu.

Χάλιξ. ικος. ὁ. lapis ex quo ignis excutitur, ſilex.

Χάλις. ιδος. ἡ. merum. παρὰ τὸ χαλᾷν τὰ ἦτρα.

Χαλιστός. ου. ὁ. bonus, iuſtus, ὅσιος.

Χαλίφρων. ονος. ὁ. deſipiens, remiſſus: et χαλιφροσύνη, ſtultitia, negligentia.

Χαλκάνθη. ſutorium atramentũ. Itali uitriolum appellant: diuerſum ab eo atramento, quod Celſus ſcriptorium, Vitruuius librarium nominat.

Χάλκανθος. ου. idem.

Χάλκασπις. ιδος. ὁ. habens ſcutũ æneũ.

Χαλκέγχης. ærea ſeu ferrea haſta utens.

Χαλκεῖον. ου. τὸ. officina fabri.

Χαλκέμβολον. ου. τὸ. nauigium æratum aptum ad pugnandũ, roſtro ærato.

Χαλκέμβολος. ου. ὁ. roſtrum æneum.

Χάλκεος. ου. ὁ. æreus, robuſtus, durus.

Χαλκεόφωνος. ου. ὁ. habẽs uocem fortem. æs enim inter metalla maximè reſonat.

Χαλκεύς. έος. ὁ. faber ærarius, excuſſor Quintiliano interprete. Dicitur etiã de alijs fabris, ut ferrarij, aurifices, &c.

Χαλκεύτερος. infatigabilis.

Χαλκευτική. ῆς. ἡ. æraria ars.

Χαλκευτική. ῆς. ἡ. fabrica æraria.

Χαλκευτικός. ου. ὁ. fabribilis.

Χαλκεύω. μ. εύσω. π. ευκα. fabrico, tracto artem fabrilem. Actiu. accuſ.

Χαλκεών. ῶνος. ὁ. officina fabri.

Χάλκη. ἡ. urbs Lariſſææ, quæ et χάλκιον & χάλ-

& χάλκη dicitur. Item purpura.
Χαλκῆ. ῆς. ἡ. ærea.
Χαλκήρης. ρεος. ὁ, ἡ. æreus, conglutinatus ære.
Χαλκιδίζειν. obſcœno puerorum amore teneri.
Χαλκίοικος. ærarij domus.
Χαλκίον. ου. τὸ. æreum.
Χαλκίς. ίδος. ἡ. κύμινδις, auis genus, & urbs Eubœæ.
Χαλκῖτις. ἡ. metalli genus, συνθκέαν Hippocr.
Χαλκοβατής. έος. ὁ, ἡ. ſolidus, firmus, baſim habens firmam.
Χαλκοβαρής. έος. ὁ, ἡ. ære grauatus.
Χαλκογλώχινος. ου. ὁ. habens angulos æreos, uel cuſpidem æream.
Χαλκόκροτος. æripes, hoc eſt, ὁπλὰς ἰσχυρὰς ἔχων. Item ex ære percuſſus nummus, & Rheæ epitheton à cymbalorum ſonitu.
Χαλκολογεῖν. nummos colligere.
Χαλκόλοφος. conus galeæ.
Χαλκόος. ου. ὁ. æreus.
Χαλκοπάρῃος, uel χαλκοπάρειος. ου. ὁ. habens maxillas æreas.
Χαλκόπληκτος. æreus.
Χαλκόπους. οδος. ὁ. æripes, firmus, infatigabilis, ἠχόπους, ungula reſonante.
Χαλκός. οῦ. ὁ. æs.
Χαλκότυπος. ου. ὁ. ferro percuſſus, fabrilis, ferro illatus.
Χαλκουργεῖον. τὸ. æraria.
Χαλκουργέω. æs præparo, ut metallarius.
Χαλκούργημα. ατος. τὸ. ſignum æneum.
Χαλκουργός. qui præparat materiam τῷ ἀνδριαντοποιῷ, ut χαλκουργικὴ τῇ ἀνδριαντοποιητικῇ.
Χαλκοῦς. οῦ. ὁ. æreus.
Χαλκόφι. ex ære.
Χαλκοχίτων. ωνος. ὁ. habens loricam æneam.
Χάλκωμα. ατος. τὸ. res ærea, æramentũ.
Χαλκώνητος. emptus ære.
Χαλκωρύχεια. τὰ. ærariæ.
Χαλίῤῥιζον. ου. herba lanaria.
Χάλωνες. labeones, id eſt quibus magna ſunt labia.
Χαλάμιγρον. ου. τὸ. remiſſum.
Χαμάδου, &
Χαμάδις, &
Χάμαζε, ἢ χαμᾶζε, &
Χαμαί, aduerb. humi, ad terram.
Χαμαιάκτη. ἡ. ebulum herba.
Χαμαιδάφνη. ης. ἡ. uincapernica herba
Χαμαιευνάδες. αἱ. humi dormientes.
Χαμαιευνής. οῦ. ὁ. humi dormiens.
Χαμαίζηλος. ου. ὁ. humi depreſſus, abiectus, humilis.
Χαμαίκισσος. ου. hedera terreſtris ſiue ſyluatica.
Χαμαικλινής. humi proſtratus.
Χαμαιλέων. chamæleon, nomen animalis & herbæ, quorum utrunque colorem ſubinde mutat.
Χαμαιπετής. οῦ. ὁ, ἡ. χαμαίζηλος, extenſus.
Χαμαιῤῥεπής. έος. ὁ, ἡ. humi repens.
Χαμαιπυρίδες. αἱ. ab humilitate dictæ, nam ut aræ humiles fiebant.
Χαμαιτυπεῖον. fornix, ganeum, proſtibulum.
Χαμαιτύπη. ης. ἡ. ſcortum abiectum.
Χαμαιτόποι. ex accipitrũ genere ſunt, qui prædam ſuper terram & humi petunt. His contrarij ſunt οἱ μετεωροθῆραι.
Χαμερπής. humi repens, uel dormiens.
Χαμαιταιρίς. ſcortum.
Χαμευνάς. humi cubans.
Χαμεύνη. ης. ἡ. χαμευνίς.
Χαμευνία. ας. ἡ. humi dormitio, quum quis in nuda humo dormit. à χαμαὶ & εὐνή.
Χαμευνίς. ίδος. ἡ. στιβὰς, lectus humilis, ſtorea.
Χαμηλός. humilis.

Χαμίτης. idem.

Χαμόθεν, aduerb. pro ἀπὸ τῆς γῆς.

Χαμός. ȣ̃. ὁ. curuus.

Χανδάνω. μ. ανῶ. poëticum eſt, deriuaturq́ à χάδω, capio, id eſt ſum capax. Actiu. accuſ.

Χανδόν. abundãter, inhiãter, affatim.

Χανύω. μ. ύσω. uociferor.

Χάος. εος. τὸ. chaos, miſcella, regio.

Χαός. ὁ. bonus, generoſus.

Χαρά. ᾶς. ἡ. gaudiũ, ira: & ad animum refertur, ἡδονὴ uerò ad corpus.

Χαράδρα. ας. torrens, alueus torrentis, uallis, ſpelunca, κοίτη, φωλεός. Propriè terræ rima ſiue fiſſura quam aqua, pluuia, torrens, aut terræmotus efficit.

Χαράδριος. ȣ. rupes, & auicula quædã.

Χαραδρȣ̃σθαι. palude occupari, λιμνȣ̃σθαι, ὀρύσσεσθαι, κοιλαίνεσθαι.

Χαραδρωθείς. ὁ. lacunoſus factus.

Χάρακα. ης. ἡ. tithymalum.

Χαρακίζω. uallo protego, trepido, eleuo, attollo, diuido.

Χαράκιον. pedamentum, fulcimen.

Χάραγμα. ατος. τὸ. ſculptura.

Χαρακοποιΐα. ας. ἡ. uallum.

Χαρακτήρ. ῆρος. ὁ. ſignum, inſigne, figura, ſtylus dicendi, uel genus dicendi ut Gel. uertit.

Χαρακτηρίζω. μ. ίσω. π. ικα. noto, deſigno.

Χαρακτηρισμός. ȣ̃. ὁ. deſignatio, figuratio.

Χαράκωμα. ατος. τὸ. uallum, agger.

Χαραγμός. terræ hiatus.

Χάραξ. ακος. ὁ. uallum in bello, foueas & in fœminino genere ponitur pro uallo, id eſt firmiore palo, cui uitis alligatur. Item carduus, arundo.

Χαράττω. μ. άξω. π. αχα. ſculpo, ſigno, in primo, κοιλαίνω. Actiu. accuſ.

Χαρία. ίας. ἡ. collis.

X A.

Χαρίεις. ίεντος. ὁ. gratus, gratioſus, urbanus, lepidus.

Χάριεν, pro χαριέντως. pulchrè.

Χαρίεν παροξύτονος. gratũ, gratioſum.

Χαριεντίζομαι. μ. ίσομαι. π. ισμαι. iocor, nugor, urbanus ſum, alludo, & facetè cauillor, & lepida urbanitate utor, ſalibus utor. Depon. abſol.

Χαριεντισμός. ȣ̃. ὁ. urbanitas, lepos, & uenuſtas ſermonis.

Χαριέντως. eleganter, gratioſè, uenuſtè, urbanè.

Χαριεντότης. ητος. ἡ. gratioſitas.

Χαριεργός. ὁ. gratioſus, cuius facta omnibus grata ſunt.

Χαριεστέρως. elegantius, gratioſius.

Χαρίζομαι. μ. ίσομαι. dono, gratifico, facio grata, obſequor, & beneficium gratiamq́ confero. Cũ datiuo iung. ut χαρίζεσθαι ἔρωτι, indulgere amori, & χαρίζεσθαι τῷ ἑαυτȣ̃ θυμῷ, animo ſuo indulgere. Dicitur quoq́ χαρίζομαι τὸ ὄφλημα, pro remitto multam. Homerus cum genitiuo iungit. Inde dicitur κεχαρισμένος, id eſt iucundus, gratus, placitus: & κεχαρισμένος ἄρχων, Iſocr. Bud. Com.

Χάριν. pro cauſa, ἕνεκα. Vnde ὅσον ἀπὸ γενεᾶς χάριν, quod ad generis nobilitatem attinet. Gregor. ἴσα δὲ ἡμῶν χάριν ἡ ἐσθία τις ὁ πατήρ. Sic Plautus, At tu ægrota ſi uis per me quidem ætatem. Dicitur hoc etiam per ἕνεκα, & πρὸς, & διὰ cum genitiuo, & Attice cum accuſatiuo. Σὴν χάριν, tua cauſa, ἀντὶ τȣ̃ πρὸς χάριν σου. Bud. Com.

Χάρις. ιτος. ἡ. feſtiuitas, beneficium, munus, remuneratio, uoluptas, illectamentum. Et cum deam ſignificat χάριτα non χάριν in accuſatiuo facit. Inde χάριτες, Gratiæ. Habet enim uſum apud Græcos, quem

gratiæ uocabulum apud Latinos. Thucyd. lib. 9. χάριν ὑμῖν προσθήσουσιν, gratias uobis habebunt. Et χάριτας ὁμολογῶ, & χάριν γινώσκω, & χάριν οἶδα, pro gratias habeo, gratias ago. Χάριτάς τινι χαρίζω, apud eum gratiam ineo. Bud. Com.

Χαρίσιον. ου. τὸ. placentæ ſpecies.

Χάρισμα. ατος. τὸ. &

Χαριστήριον. ου. τὸ. idem quod χάρις, id eſt gratia, munus. Χαριστηρίους λόγους appellat Gregorius, quibus gratiæ deo aguntur de aliqua re. Et χαριστήριον θυέιν, per ſacrificiũ gratias agere, pro beneficijs acceptis ſacrificare. Bud. Com.

Χαριτία. ας. ἡ. gaudium, χαρμονή.

Χαριτόω. μ. ώσω. π. ωκα. afficio gratia, gratioſum facio. Actiu. accuſ.

Χάρμα. ατος. τὸ. riſus, gaudium.

Χάρμη. ης. ἡ. pugna, conflictatio.

Χαρμονή. ῆς. ἡ. gaudiũ, lætitia, συνηδονή.

Χαρμοσύνη. ης. ἡ. idem. Eſt etiam feſtum apud Athenienſes.

Χαρμόφρων. Mercurij Epitheton.

Χαροπός. οῦ. ὁ. gratioſus, pulcher oculos, flauus, terribilis, cæſius, glaucus, ſplendidus.

Χάρτης. ου. ὁ. χαρτοπράτης.

Χάρτον. τὸ. charta.

Χαρτοπράτης. ου. ὁ. papyropola, id eſt ὁ τοὺς χάρτας πιπράσκων.

Χαρτός. οῦ. ὁ. lætabilis, dignus lætitia.

Χαρτοφυλάκιον. ſcrinium quo reponuntur chartæ.

Χάρυβδις. ιος. ἡ. charybdis, uortex maris.

Χάσιος. ου. ὁ. bonus.

Χάσις. diſcretio, ſegregatio.

Χάσκω. aſpicio, intendo fixis oculis, aperio.

Χασκωρέω. circumſpicio, περιβλέπω.

Χάσμα. ατος. τὸ. hiatus, fiſſura, rictus, uorago.

Χασμάομαι. oſcitanter addubitare & cunctari, angi & conturbari.

Χασμάω. μ. άσω. π. ακα. oſcito, dehiſco. Neutr. abſol.

Χάσμη. ης. ἡ. oſcitatio.

Χασμώδια. ας. ἡ. oſcitantia.

Χασμώδης. hians, oſcitabundus.

Χατάω. μ. ήσω. &

Χατέω. μ. ήσω. π. ηκα. & poëtice

Χατίζω. μ. ίσω. π. ικα. indigeo, deſydero. Neutr. genit.

Χατίς. ίδος. ἡ. deſyderium, uſus.

Χαυλιόδων. οντος. ὁ. qui dentes exertos habet.

Χαῦνος. ου. ὁ. mollis, laxus. Item ſtultè & abſurdè liberalis, atq; etiam ineptè magnificus uel magnificẽtiæ cupidus, oſtentator'q; ineptus, quod uitium eorum eſt, qui ſeſe modulis ſuis non metiuntur. Eſt etiam friabilis, id eſt ὑπόψαυστος, ψαθυρός. Item χαῦνον, altum, latũ, magnum, quaſi χανδὸν. à χαίνω. Bud. Com.

Χαυνότης. ητος. ἡ. mollities, laxitas.

Χαυνοῦσθαι. opponitur τῷ πυκνοῦσθαι, laxari, molliri. Eſt etiam τὸ χαῦνος φρονεῖν, ſtultè de ſeipſo perſuaderi, magnificè ſimul & abſurdè de ſeſe ſentire. Bud. Com.

Χαυνόω. μ. ώσω. π. ωκα. mollio, laxo, inflo. Actiu. accuſ.

Χαύνωσις. ιος. uerborũ facundia, perſuaſio, mollities, laxitas.

X E.

Χεάμενος. ου. ὁ. fundens.

Χέδροψ. οπος. ὁ. legumen.

Χεζητιάω. cacaturio, Suid.

Χέζω. caco, egero, excerno.

Χειά. ᾶς. ἡ. luſtrum, cubile ferarum, latibulum ſerpentis. nam χεῖσθαι eſt capacem eſſe.

Χειλάριον. ου. τὸ. labellum.

Χεῖλος.εος.τὸ. labrum, labium (παρὰ τὸ χεῖν τοὺς λόγους) litus, pabulum.

Χειλοστομία. ας. ἡ. cum uox quaſi in receſſu auditur.

Χειλόω. augeo, μεγαλύνω.

Χειλωτήρ. ῆρος. ὁ. frænum, ferrum quod in os equi inſeritur.

Χεῖμα. ατος. τὸ. hyems.

Χειμάδιον. ου. τὸ. hybernatio, hybernaculum.

Χειμάζομαι. μ. άσομαι. π. ασμαι. tempeſtatem fero. Depon. abſol.

Χειμάζω. μ. άσω. π. ακα. hyemo, perturbo, moleſto.

Χείμαῤῥος. ου. ὁ. torrens, hædus ſaltans in nubibus, χίμαρος. Dicitur & χειμάῤῥους in nominatiuo. Eſt etiam clauus in carina nauis, quo ſublato aqua effluit.

Χειμὰς. άδος. ueſtis hyberna.

Χειμασθεὶς. έντος. ὁ. tempeſtate tortus.

Χειμασία. tempeſtas, turbatio.

Χείμαστρον. ueſtis hyberna agricolæ.

Χείμετλον. uide χίμετλα.

Χειμερίζω. μ. ίσω. π. ικα. hyemo. Neutr. abſol.

Χειμερινός. οῦ. ὁ. &

Χειμέριος. ου. ὁ. hyemalis, frigus cupiẽs.

Χειμεριθάλπον. ου. gaudens algoribus.

Χειμετλιάω. laboro pernione.

Χειμών. ῶνος. ὁ. hyems, procella maris, tempeſtas.

Χεῖος. ου. ὁ. prodigus.

Χείρ. ρός. ἡ. manus, copiæ, exercitus, manipulus. Accipitur aliquando pro poteſtate, ut apud Latinos manus. In nominatiuo & accuſatiuo χεῖρ, eſt maſculini generis.

Χεῖρα. fiſſura pedum.

Χειράγρα. ας. ἡ. chiragra, id eſt morbus articularis.

Χειραγωγία. ας. ἡ. adminiculum.

Χειραγωγός. præitator, ut qui iam uiam cæco præit, hoc eſt, ὁδηγός, & καθηγεμών.

Χειραγωγῶ. manuduco. Ariſtoteles dixit de eo qui inſtrumenta muſica pulſat. Dicitur etiam metaphoricè de fortuna, quæ uiam patefacit hominibus fœlicibus, quaſiq; uiam præit ad ornamenta magnáq; faſtigia aſſequenda. Bud. Com.

Χειράδες. cicatrices pedum, αἱ μετὰ λίθων, καὶ ὅπλων βολαί.

Χειραμός. luſtrum, latibulum, fouea.

Χειραπτάζω. tracto. Actiu. accuſ.

Χειραψία. ας. ἡ. palæſtricus manuum nexus.

Χειριδωτός. οῦ. ὁ. manicatus, manuleatus

Χειρίζομαι. exerceor.

Χειρίζω. tracto, aggredior, ſuſcipio.

Χείριος. ου. ὁ. ſubditus, cicur, utilis.

Χειρίς. ίδος. ἡ. chirotheca, manica.

Χειρισμός. ἐπιχείρησις, conatus, aggreſſio.

Χείριστος. ου. ὁ. peſſimus.

Χερείων. ἐλάττων, χείρων, minor, deterior.

Χειρόβιος. uentrimanus, ex manibus uiuens, uictum manu quærens.

Χειροβοσκός, & χειροβίοτος. idem.

Χειροβρώς. ῶτος. catena ſiue uinculum, quo ligatæ manus decoriantur & contabeſcũt, ὁ δεσμὸς (inquit Suid.) ὁ ἀποβιβρώσκων τὴν χεῖρα.

Χειρογάστορες. qui manu uictũ ſibi quæritant, operarij.

Χειρόγραφον. ſcheda propria manu ſcripta.

Χειρόδεικτος. ου. ὁ. manifeſtus.

Χειροδίκαι. uiolenti in quibus uis ſit in manibus & uiribus corporis, & in armis, non æquitate rationis.

Χειροδέκτης. ὁ. χειρουργός.

Χειροθήκη. ης. ἡ. chirotheca.

Χειροήθης. ὁ, ἡ. cicur, manſuetus.

Χειροθεσία. ας. ἡ. manuum impoſitio.

Χειρ

Χειροθετῶ. manus impono.

Χειρόκμητος. ου. ὁ. manu factus.

Χειροκοπέω. μ. ήσω. π. ηκα. manum abſcindo.

Χειροκρασία. ας. ἡ. manuum potentia.

Χειροκρατία. uitium eſt ſeditioſæ politiæ, quod exoritur à democratia, corrupta licentia τῶν δημαγωγῶν, & plebis turbulentæ ineſcatorum, id eſt τῶν δεκαζόντων τὰ πλήθη.

Χειρόμακτρον. ου. τὸ. mantile.

Χειρομάντεις. qui manuum inſpectione futura prædicunt.

Χειρόμαστρον. ου. τὸ. mantile.

Χειρομύλη. ης. ἡ. piſtrinum.

Χειρόμυλον. mola truſatilis.

Χειρονάξιτος. ου. ὁ. habens uictum ex ſuis manibus.

Χειρωνακτής. ὁ. operarius manualis, χειρῶναξ.

Χειρόνιπτρον. peluis in qua abluuntur manus.

Χειρονομέω. inter canendum manum moueo, & geſticulor.

Χειρονομία. ας. ἡ. manuum motus & geſticulatio, ſaltatio geſticulatrix, qualis eſt quã mauricã uocamus. Alioqui lex geſtus à Quintiliano dicitur.

Χειρονόμος. hiſtrio geſtu & manuum motu ſubſultans, geſticulator.

Χειρόομαι. capio fugientem, punio.

Χειρόπεδαι. ῶν. manicæ, id eſt uincula manuum.

Χειροπληθής. έος. ὁ, ἡ. magnus, immanis. Et

Χειροπληθὴς λίθος. lapis manum implens, Homero.

Χειροποίητος. ου. ὁ. manu factus.

Χειρόπους. οδος. ὁ, qui eſt uulneratis pedibus.

Χειροσκόποι. οἱ. qui manuum ſuffragia obſeruant ac dinumerant.

Χειρόσοφος. ſaltator, quaſi manu ſapiẽs.

Χειρότερος, & χερειότερος. inferior, deterior. poëtica ſunt.

Χειροτέχνης. ου. ὁ. artifex.

Χειροτεχνία. ἡ χειρουργία.

Χειροτεχνῶ. τὸ χειρουργῶ.

Χειροτονέω. μ. ήσω. π. ηκα. eligo, conſtituo, ſuffragijs creo, ſciſco, iubeoq́, & magiſtratum creo, deſigno, conſentio, pedibus eo in alicuius ſententiam. Interdum pro defero, in manúq; do. Actiu. accuſ. Bud. Com.

Χειροτονητός. οῦ. ὁ. electus, creatus, deſignatus populi conſenſu.

Χειροτονία. ας. ἡ. electio, ſuffragium, eleuatio manuum populi conſenſum ſignificans, plebiſcitum.

Χειροῦμαι. τὸ χειρόω.

Χειρούργημα. opificium, opuſq; manu factum.

Χειρουργία. ας. ἡ. chirurgia, ars medendi quæ manibus fit. Dicitur de omni arte quæ actionem habet manuum cum cognitione coniunctam.

Χειρουργός. ου. ὁ. chirurgus medicus, qui chirurgia utitur.

Χειρουργῶ. manibus operor, laboro.

Χειρόω. μ. ώσω. π. ωκα. capio, captiuo, ſubigo, addico, deuinco, ditioni ſubijcio, ſubiungo, mancipo. Actiu. accuſ.

Χείρων. ονος. ὁ. peior.

Χειρῶν ἀδίκων ἄρξαι dicitur is, qui prior laceſſiuit aut rixam aut bellum, qui prior percuſſit in manibus conſerendis. Bud. Com.

Χειρῶναξ. κτος. ὁ. manu acquiſitus, per manus afflictus, manuum dominus, qui manibus uictum quærit.

Χειρώνια τραύματα. uulnera appellantur δυσαλθῆ, quæ medicam uix recipiunt curam, & Chironem aliquem reſpectare uidẽtur: ſicut & τηλέφεια, quæ multũ malignitatis præferant.

ut quæ ſalutarem Achillis manum requirant. Cæl. lib. 10. cap. 50.

Χέρωσις. mancipatio, mancipium.

Χειρωτός. qui facilè poteſt capi.

Χάσεται. erit capax.

Χάω. capio, χωρῶ.

Χέλανον. operimentum teſtudinis.

Χελιδόνιον. ου. τὸ. chelidonium herba.

Χελιδών. όνος. ἡ. hirundo. παρὰ τὸ τὰ χεῖλη δονεῖν, uel οἰδαίνειν.

Χελίζω. μ. ίσω. π. ικα. no, nauigo.

Χέλυδρος. ου. ὁ. teſtudo marina.

Χελωνάζειν. irridere.

Χελώνη. labium.

Χελύσκιον. tuſsicula.

Χέλυον. operimentum teſtudinis.

Χέλυς. υος. ἡ. chelys, cithara, lyra, teſtudo.

Χέλυσμα. ατος. τό. lignum quod roſtro nauis affigitur.

Χελύσσομαι. expectoro, traijcio, nato.

Χελώνη. ης. teſtudo, id eſt belua aquatica. Item genus numiſmatis Peloponeſiorum, à teſtudine inſculpta. Aliquãdo pro ſcabello, & carina nauis.

Χελώνιον. tegumentũ teſtudinis quam tortucam uulgò uocant, rapũ terræ.

Χέομαι. inferias facio, & libamina manibus fundo.

Χέραβος. ου. ὁ. hiatus terræ.

Χέραδος. ου. ὁ. &

Χεράς. άδος. ἡ. cœnum oſtreorum teſtis & lapillis mixtum, cumulus lapidũ, ſed minorum, & quicquid ex aqua in litore confluit.

Χέρεια. τὰ. peiora.

Χερείων. ονος. ὁ. peior: pro χείρων poëticè

Χέρηες. οἱ. minores, debiliores, & qui manibus uictum quærunt.

Χέρηι. τῷ. peiori, id eſt inferiori.

Χέρμα. ατος. τό. lapis, telum, miſsile. Sic

Χερμάδιον. ου. τό. &

Χερμάς. άδος. ἡ. propriè paruũ ſaxum, quod facilè manu poteſt tractari: in propriè aũt ſaxũ maritimũ magnum portus, cui alligant funes nauium.

Χέρνας. ὁ. &

Χερνήτης. ὁ. pauper, qui è labore manuum uiuit.

Χερνῆ. paupercula.

Χερνῆτις. ιος. ἡ. netrix, id eſt mulier quæ nendo & labore manuum uictum quæritat.

Χέρνιβος. ου. ὁ. uas ad manus lauandas, gutturnium ſonat: quaſi dicas manuum lotionem.

Χερνίπτω. μ. ίψω. π. ιφα. θύω, σφάττω.

Χέρνιψ. ιβος. purgatio, dictum à manuũ lotione, quæ in ſacrificijs fiebat: uas, uel aqua, uel ipſa manuum ablutio.

Χερόβολον. ου. τό. manipulus.

Χεῤῥόνησος. terra in inſulæ modũ mari circundata, uno tantum, eóque anguſto ſpatio, quod iſthmus appellatur, continenti adiuncta. Alij χερσόνησος legunt.

Χερσαῖος. ου. ὁ. terreſtris, incultus, de terra quæ non habet cultores.

Χερσεία. ας. ἡ. ſolitudo.

Χερσεύειν. incultum eſſe.

Χερσευτὸς γῆ. terra ſola, uel malè culta.

Χέρσος. ου. ἡ. terra propriè inculta, ἡ ξηρὰ γῆ.

Χερσόω. deſolo, uaſto.

Χερσούμενος. ου. ὁ. incultus & ſqualens. Plut. de Educan. lib. τὴν μὲν γὰρ ἀργὸν ἐκχερσουμένην.

Χεῦμα. ατος. τό. fluxus, aqua.

Χέω. uel

Χέω. μ. εύσω. π. ευκα. fundo, liquo, liquefacio. Actiu. accuſ.

Χ Η.

Χηίωνος. domus.

Χηλαργός. οῦ. ὁ. uelox pedibus.

Χηλάω. μ. ήσω. π. ηκα ſarcio.

Χηλή. ῆς. ἡ. ungula, forficulus denticu

latus, ut χηλὰς ἔχει, forcipem habet, ſiue brachia ſorcipibus dentata. Item promontorium, eminentia.

Χηλιδόνια. ας. ἡ. genus iaſpidis, triton Hermolao interprete.

Χηλόν. ῦ. membri genus.

Χηλός. ῦ. ὁ. arca, loculus.

Χήμαι. hiatulæ latinè, ex genere oſtreorum ſunt.

Χημεία. ας. ἡ. argenti & auri præparatio, καὶ κατασκευή.

Χήμη. hiatus, χάσμα.

Χήν. νός. ὁ, ἡ. anſer.

Χηναλώπηξ. κος. ὁ. uulpanſer auis.

Χηνάλωψ. idem.

Χήνειος. ου. ὁ. anſerinus.

Χήνημα. irriſio.

Χηνιάζω, uel χηνίζω. tibiarum ſonum repræſento, tibia ſono.

Χηνίσκος. pars proræ, unde anchoræ dependent.

Χηνοβοσκεῖον. ου. τό. locus ubi aluntur anſeres.

Χηνοσεῖν. clamare.

Χήρ. ρός. ὁ. echinus.

Χήρα. ας. ἡ. uidua, à χηρόω.

Χηραμός. ῦ. ὁ. antrum, ſeceſſus, luſtrũ, latibulum.

Χηραμίδες. cauernæ.

Χήραζον. ου. τό. focus.

Χηρεία. ας. ἡ. uiduitas.

Χηρεύω. μ. εύσω. π. ευκα. uiduo, careo, ſeparo, uiduus ſum, uel uidua, deſertus ſum.

Χῆρος. ου. ὁ. uiduus, deſertus.

Χηρόω. μ. ώσω. π. ωκα. χηρεύω, capio, uaſto, deſolo, ἀφανίζω, ἐκπορθῶ.

Χήρωσις. deſolatio, uiduitas.

Χηρωσταί. οἱ qui ſuccedunt in hæreditate uiro uiduo & filijs carenti.

Χητεία, &

Χήτης. ὁ. &

Χῆτος. εος. τό. priuatio, indigentia, defectus, uiduitas.

Χ Θ.

Χθαμαλοπτῆται. humiuolæ.

Χθαμαλός. ῦ. debilis, humilis, cõcauus, planus.

Χθαμαλόω. μ. ώσω. π. ωκα. complano. Actiu.

Χθὲς. heri, nuper, dudũ. Additur nonnunquam πρώην, ut χθὲς καὶ πρώην.

Χθεσινός. heſternus, ἕωλος, otioſus, inutilis: translatione ſumpta à cibis pridie relictis.

Χθεσιφωνεῖν. maledicere.

Χθιζά, &

Χθιζόν. heri.

Χθιζός. ῦ. ὁ. heſternus. χθιζὸς ἔβη, pro heri iuit.

Χθόνιος. ου. ὁ. terreſtris, ſubterraneus, grauis, magnus, terribilis.

Χθονόπαις. terræ filius, aut filia.

Χθονόπλαστος. ου. ὁ. è terra fictus.

Χθονοστιβής. έος. ὁ, ἡ. terreſtris, in terra depreſſus.

Χθών. ονός. ἡ. terra, ſolum.

Χ Ι.

Χιά. ᾶς. ſerpentis domus, χειά, & genus calceamenti uirilis.

Χιάζειν. nimis curioſum aut ſuperfluũ eſſe in carmine. Dictum à Democrito Chio, authore Suida.

Χιάζω. μ. άσω. π. ακα. aperio, uel chiaſmum facio.

Χιαρός. calidus, tepidus.

Χιασμός. ῦ. ὁ. chiaſmus, figura quando quatuor propoſitis tertiũ ſecundo reſpondet, & conuenit quartũ primo.

Χίδρα. nouæ ſpicæ aut legumina.

Χιλόω. alo, præbeo commeatum.

Χιλός. ῦ. ὁ. nutrimentum, materia eſculenta.

Χίλια τά. &

Χίλιοι. αἱ. mille.

Χιλιαρχέω. μ. ήσω. π. ηκα. duco tribuna-

τῶ, tribuni officio fungor. Neut. abſ.

Χιλιαρχία. ας. ἡ. tribunatus militum.

Χιλίαρχος. ου. ὁ. tribunus militum, præfectus mille uiris.

Χιλιαρχῶν. idem.

Χιλιάς. άδ☉. ἡ. numerus mille continens.

Χιλιαστύς. ύος. ἡ. χιλιάς, & numerus mille milites continens.

Χιλιέτης. του. ὁ, ἡ. millenis.

Χίλιοι. οἱ. mille.

Χιλιοστός. οῦ. ὁ. milleſimus. Græci χιλιοστὺν dicunt, ut nos millenarium ἀντὶ τοῦ χιλιοστόος dicimus. Bud. Com.

Χιλόν. οῦ. τὸ. &

Χιλός. οῦ. ὁ. uel ἡ. pabulum. frumentum, triticum, alimonia, cibus.

Χιλόω μ. ώσω. π. ωκα. paſco, impinguo. Sed χιλιοδραχμεῖν eſt mille drachmarum multam pendere. Actiu. accuſ.

Χίμαιρα. ας. ἡ. Chimæra mons Lyciæ, capella.

Χίμαρος. ου. ὁ. hircus.

Χίμαρ☉. ου. ἡ. capra annicula, uſque ad partū ita dicitur. ſed deinde αἴξ, aut χίμαιρα.

Χίμετλον. τὸ. pernio, qui eſt morbus pedum ex nimio frigore proueniens, et calcaneum maxime infeſtans. Vnde et χείμετλον dicitur, ἀπὸ τοῦ χειμῶνος.

Χιονίζω. μ. ίσω. π. ικα. niue conſpergo, dealbo. Laërti. lib. 6. ἀνδριάντας ὄντας χιονισμένους, ſtatuas niue perfuſas.

Χιονόβλας. ντος. niue conſperſus.

Χιονόβλητα ὄρη. montes alti, ac niue conſperſi.

Χιονοβόλος. ου. qui ningit aut niuem iactat.

Χιονόχρωος. ου. ὁ. niueus.

Χιονόω. μ. ώσω. π. ωκα. dealbo. Actiu. accuſ.

Χιονώδης. δους. ὁ, ἡ. niuoſus.

Χίος. ου. ἡ. Chius inſula & urbs.

Χῖος. ου. Chius, adiectiuum.

Χιμέτλα, & χίμη. fiſſura manuum, uel pedum.

Χιτών. ῶνος. ὁ. lorica, tunica, amictus, ſagulum. Scribunt grammatici ueſtem eſſe interiorē, ſi. ut ἱμάτιον exteriorem: & quod πέπλον ſit mulierum, id χιτῶν eſſe uirorum.

Χιτώνιον. ου. τὸ. tunicula.

Χιτωνίσκος. ου. ὁ. camiſia, induſium: diminutiuè à χιτών.

Χιών. όνος. ὁ. uel ἡ. nix.

Χ Λ.

Χλαῖνα. ης. ἡ. læna, ueſtis craſſa, ſuperindumentū hyemale. Cicero tegmen uocat in Tuſcul. Quæſt. Eſt autem ſumma ueſtis quæ pro tempore ſumitur, ad uentos, pluuiam, frigusq; depellendum, quaſi dicas penulam, ἀπὸ τοῦ χλιαίνειν, hoc eſt à calfaciendo. Iuuen. Et multo ſtillaret penula nimbo. Eraſ. prouer. Aeſtate penulam deteris.

Χλαμύδιον. ου. τὸ. chlamydicula.

Χλαμυδουργία. ας. ἡ. ars faciendi chlamydes.

Χλαμυρός. delicatus, γυρπῶν.

Χλαμύς. ύδος. ἡ. chlamys ueſtis militaris, apud Macedones, quæ & paludamentum dicitur authore Nonio.

Χλανίδιος. ου. ὁ. uerſicolor.

Χλάνιδος. ου. ὁ. genus glauci.

Χλανίς. ίδος. ἡ. ueſtis militaris, torques, murænula, amiculum.

Χλαρός. ſordidus, tenuis, pallidus.

Χλευάζω. μ. άσω. π. ακα ſubſanno, ludo, irrideo. Actiu. accuſ.

Χλευασία. ſubſannatio, deriſio falſa & faceta.

Χλευασμός. οῦ. ὁ. irriſio.

Χλεύδην. affatim, cumulatim.

Χλεύη. ης. ἡ. ludibrium, ludus, fraus, riſus, ſubſannatio.

Χλιδάω

Χλάδων.ου.ὁ.eunuchus,σπάδων,θλαδίας

Χλιαίνομαι.μαι.ἆμαι.tepeſco. Depon. abſol.

Χλιαίνω.μ.ανῶ.π.αγκα.tepefacio,calefacio.

Χλίανσις.ιος.ἡ.tepiditas.

Χλιαρός.ᾶ.ὁ.tepidus.

Χλιαρότης.ητος.ἡ.tepiditas.

Χλιδανός.ᾶ.ὁ.delicioſus.

Χλιδάω.delicior,uoluptuor.

Χλιδή.ῆς.ἡ.uoluptas,mollities,τρυφή.

Χλιδόναι.brachiorum ornamenta, armillæ quæ etiam βραχιόνια uocantur.

Χλίδος.εος.τὸ. lutũ, eluuies, colluuies.

Χλιδών.ῶνος. deliciæ, coma, ornatus muliebris.

Χλιερός.tepidus.

Χλίω.luxurior,θρύπτω.

Χλόα.χλόη.

Χλοάζειν.uirere, & χλοάζεσθαι, γαστρίζεσθαι.

Χλοανθής. uireſcens.

Χλοερός.ᾶ.ὁ. uiridis.

Χλόη. gramen, herba uirens, fœnum, paſcua.

Χλοηφόρος.ου.ἡ. ferens uiriditatem.

Χλοῆσαι.germinare,uirere.

Χλόμος.ου. uerbaſcum herba. Plin. legit phlomos.

Χλυνάζω. conqueror,lugeo,quiritor.

Χλούνειον.τὸ χοίρειον.

Χλούνης.ου.ὁ.aper, mulieroſus,fœno ſiue gramini indormiens.

Χλούνιον.loci nomen.

Χλοῦς.herba, uiriditas,pallor.

Χλώριον.uireo auis:uiridis eſt,magnitudine turturis.hyeme non uidetur, ſed æſtate per ſolſtiuium apparet.

Χλωρεύς.lutea auis. Dicitur & de luſcinia, quòd in floridis locis uerſetur: uel quòd ſtatim cum uiriditate, & uere appareat: uel ob colorem. nam & χλωραύχην cognominatur.

Χλωρός, pro χλοερός.ᾶ.ὁ. uiridis, pallidus,croceus,recens.

Χλωρότης.ητος.ἡ. uiriditas.

Χ Ν.

Χναύματα. fragmenta placentarum, aut huiuſmodi ciborum,βρώματα.

Χνοάζω.μ.άσω.π.κα.pubeſco.Neu.abſ.

Χνόη.ης.ἡ. fiſtula in qua uoluitur axis, ubi ſunt infixi radij. Modiolum uocat Plinius. Item ſtrepitus pedum.

Χνόος.ου.ὁ.lanugo,puluis.

Χνοῦς.ᾶ.ὁ.puluis,lanugo,ſordes.

Χνοώδης.εος.ὁ,ἡ.lanuginoſus.

Χνύ.particula metri cauſa addita.

Χ Ο.

Χόα genus menſuræ, uel pila, uel uas ubi ponuntur libamina,congius.

Χοαί. inferiæ, ſacrificia,melicratum, oleum.

Χοάνα. τὰ. metalla.

Χοανεύω.fundo, χωνεύω.

Χοάνη.ἡ.forma in quam aliquid transfunditur.

Χόανος.ου.ὁ. fornax.

Χοῖνον.τὸ.craſſum inteſtinum.

Χόες. feſtum apud Athenienſes in Nouembri agi ſolitum, quod ἀνθεστήρια quoque uocari à menſe ἀνθεστηριῶν accepto nomine ſcribunt.

Χοεύς. ὁ,ἡ. congius.

Χοῦ.ῦς.ἡ. χόα.

Χοιάκ. Decẽber ab Aegyptijs dicitur.

Χοϊκός ᾶ.ὁ. terrenus.

Χοινίκη.modiolus rotæ,χνόη,σύριγξ.

Χοῖνιξ. κος. ἡ. ſemodius, ung demy boyſſeau. Itẽ demenſum,cibus diurnus. Item pedicæ genus, ut craſſa & rotunda ligna, in quæ crura immittebantur.

Χοινοστρόφος, uel χοινοστρόφος.ου.ὁ. funarius.

Χοιράς.άδος.ἡ.ſaxũ ſub mare nigrum, aliquantulũ eminens,ut porco nanti ſimilis uideatur. Item gulæ tumor,

ſtruma : ſcrofulas uocant. Dicun-
tur & χοιράδες.
Χοίρειος.ου.ὁ porcinus.
Χοιράδες πέτραι. ſymplegades.
Χοίριον ου.τὸ. δέλφαξ, porcellus lactens.
Χοιρίδιον. ου. τὸ. porcellus, & muliebre
pudendum.
Χοιρίναι. αἱ. conchæ marinæ, quibus in
iudicijs etiam utebantur Athenien-
ſes, αἱ θαλάσσιαι ψῆφοι.
Χοίριος.ου.ὁ. χοιρίδιος.
Χοιρογρύλλιος. ου.ὁ. echinus terreſtris,
chœrogryllus.
Χοιροδιόσπορον. ου. xanthinus herba.
Χοιροθλίψ. libidinoſus. à χοῖρος. Vnde
rabula forenſis, φιλοδικαστὴς. nam cal
culorum uice conchis marinis, quæ
χοιρίναι dicuntur, utebantur.
Χοιροκομεῖον. uas textum in quo porcel-
los uinctos ſaginabant, ſiue pertica
cui alligati porcelli paſcuntur, πυ-
κνόν τι πλεκτὸν (ſcribit Heſychius)
ὡς ὀρνιθοτροφεῖον.
Χοιροπίθηκος.ου. ſtruma porcaria.
Χοῖρος. ου.ὁ. porcus. Accipitur etiã
pro membro muliebri. Eſt & ge-
nus inſtrumenti.
Χοιροσφάγος. ſacrificus.
Χοιροπωλεῖν. porcum uendere, uel cor-
pore quæſtum facere.
Χοϊκός.οῦ.ὁ. terrenus.
Χολάς. άδος.ἡ. inteſtinum.
Χολάδες.αἱ. dicuntur inteſtina craſſa,
quòd in ea χολὴ fundatur, uel quaſi
κοιλάδες.
Χωλαίνω. claudico.
Χολάω. μ. ήσω. π. ηκα. iraſcor, germi-
no, floreo. Neutr abſol.
Χολή. ῆς. ἡ. fel, bilis tam flaua quàm
atra, Galeno authore. Accipitur
pro ira, quòd nimirum iræ cauſa ſit
flaua bilis.
Χοληδόχος. folliculus flauæ bilis, ex in-
feriori iecinoris parte caua depẽdẽs.
Χολεμεσία. uomitio bilis.
Χόλικες. boũ inteſtina, κοιλίαι, χολάδες.
Χολόεις. εσσα. amarum felleum.
Χολόομαι. μ. ώσομαι. π. ωμαι. iraſcor, mo
leſtè fero. Depon. datiuo iung.
Χολοποιός.οῦ.ὁ. χολάδες.
Χόλος.ου.ὁ. ira, aduerſus.
Χολοβάφινος, &
Χολόβαφος. flauus ſiue uergens ad co-
lorem auri.
Χολώδης. εος. ὁ,ἡ. iracundus, bilioſus,
felleus.
Χολωτός.οῦ.ὁ. iratus.
Χονδράκανθα.τὰ. ſpinam habentia: car
tilaginea uocat Galenus.
Χονδρεύω. ſimilam facio.
Χονδρίον. uas teſtaceum, patina.
Χονδριᾶν. grumoſum eſſe.
Χονδριῶντες. in grumum denſiſcentes.
Χονδροκοπεῖον. genus piſtrini in quo ali
ca frangitur.
Χόνδρος.ου.ὁ. cartilago, inteſtinum ſto-
machi, alica, granum, ueluti thus.
Τὸς χόνδρος etiam uocant quod ex
continuo aliquo ſeorſum concreue-
rit, et in ſale exigua fruſta, & quan-
tum ſummis digitis in unum cõtra-
ctis capere aliquis poſſit.
Χονδρώδης.ου.ὁ. cartilagineus.
Χόος. uas æreum.
Χόομαι.μ. ώσομαι.π. ωμαι. iraſcor. De-
pon. datiuo iung.
Χορήγιον. ου. τὸ. locus unde omnia pro-
muntur ad ludos neceſſaria, διδα-
σκαλεῖον.
Χοραγός.ου.ὁ. χορηγός.
Χορδαψός. morbus iliacus.
Χορδεύω. μ. εύσω.π. ευκα. inchordo, im-
plico, irretio, lædo, ſcindo.
Χορδή. ῆς. ἡ. inteſtinum, fides, chorda.
Χορδολογέω. fides deligo.
Χορεία.ας.ἡ. chorea, tripudium.

Χορεῖος. pes ſyllabis conſtans longa & breui: ſic dictus, quoniam in choreis celebris eſſet.

Χορευταί. ſunt qui chorum conficiunt, quos & ὑποκριτὰς Ariſtot. in Probl. inter φυσαυλοῦντας numerat.

Χορεύω. μ. εύσω. π. ευκα. tripudio, choreas duco. Neutr. abſol.

Χορηγέω. μ. ήσω. π. ηκα. ſuppedito, ſuppedito expēſas, præbeo, do, diſpono, conflo, habeo facultatem ad aliquid faciendum. Inde χορηγοῦμαι paſsiue, cui omnia ſuppeditant, & ſubminiſtrantur.

Χορηγία. ας. ἡ. cōtributio, commeatus, ſumptus, impenſa, ſuppeditatio, omnis expenſa uoluntaria, redemptura & munus ipſius choragi. Bud. in Annot.

Χορηγός. οῦ. ὁ. choragus, ut dixit Plaut. id eſt princeps choreæ, ſuppeditator expenſarum & inſtrumenti ludicri. Accipitur generaliter pro quocūq; ſuppeditatore & ſubminiſtrante.

Χόρια. inteſtina, edulia ex melle et lacte

Χορίον. inuolucrū exterius quo fœtus in utero matris deuoluitur. Alij χωρίον per ω ſcribunt.

Χοροβατῶ. ad choream ſiue cœtum eo.

Χοροδέκτης. ὁ. τοῦ χοροῦ προεξάρχων.

Χοροειδής. νος. ὁ, ἡ. ſimilis ſecundis.

Χοροίτυπος. ἐν τῷ χορῷ τύπτων τὸ ἔδαφος, inter tripudiandum terram pedibus quatiens, & reſonans.

Χοροποιός. οῦ. ὁ. chori magiſter.

Χορός. οῦ. ὁ. &

Χοροστασία. ας. ἡ. tripudium, cœtus, chorus.

Χοροστάτης, &

Χοροστατῶν. ὁ χοροδιδάσκαλος, ὁ χοροῦ ἐξάρχων, καὶ κορυφαῖος, qui chorum ſymphoniacum docet, moderaturq́;.

Χοροτυπία. ας. ἡ. chorus.

Χορτάζομαι. μ. άσομαι. π. ασμαι. fœno paſcor. Depon. genit.

Χορτάζω. μ. άσω. π. ακα. paſco, ſaturo. Actiu. (ſæ.

Χορταῖος. ueſtis genus craſſæ & uilloſæ.

Χορτάριον. cremium, ſtipula.

Χόρτασμα. ατος. τὸ. fœnatio, pabulum.

Χορτοκοπεῖον. pratum.

Χόρτος. ου. gramen, herba, fœnū, ſeptū.

Χορτώδης. accedens ad formam fœni, aut graminis.

Χοῦς. οῦ. agger, puluis, & feſtum quoddam Athenis.

Χοῦς. menſura Attica eſt capiens heminas octo.

Χόω. μ. ώσω. π. ωκα. facio iraſci, peruiū reddo.

X P.

Χραισμέω. iuuo, proſum.

Χραίνω. μ. ανῶ. π. αγκα. polluo, ſordibus impleo. Actiu. accuſ.

Χραισμῶ. τὸ χραισμέω, iuuo, cuſtodio, proſum.

Χράω. τὸ κελεύω, iubeo, impero.

Χράομαι, χρῶμαι. μ. ήσομαι. π. ημαι. utor. Varius & elegans huius uerbi uſus eſt, ut χρῆσθαι τύχῃ, pro ferre & habere fortunam. Et accipitur tam in malam partem, quàm in bonam, ut χρῆσθαι συμφοραῖς, & χρῆσθαι παρούσῃ ἀτυχίᾳ: quomodo & Cic. Off. 2. de fortuna, Nam & cū proſpero flatu eius utimur, ad optatos exitus prouehimur: & cū reflauit, affligimur. Χρῆσθαί τινι, eſt aliquo uti, hoc eſt συζῶ, συνημερεύων. Iſæ. νυνὶ δὲ χρώμενος ἡμῖν. Sic Cic. pro Cluent. Vti tali matre noluit. Χρῆσθαι τῷ ἀνθρώπῳ, ſtatuere de homine, hoc eſt uel beneficio, uel pœna afficere: & additur accuſatiuus ὅτι. Demoſthen. ἐμοὶ μὴ χρῆσθαι ὅτι βούλεσθε. Sed Plato aliter uſus eſt in Symp. οὐκ ἔχω, ὅτι χρήσομαι τούτῳ

τῷ ἀνθρώπῳ, Neſcio quomodo uti eius doctrina debeam: uel, quomodo ex eius doctrina commoda mea comparem. Demoſthen. μηδενὶ μηδ' ἀξίος χρῆται, Cum nullo ciuili animo agit, Nulli ſe ciuilem exhibet. Dici autem poteſt, χρῶμαι ὅτι βούλομαι, & ὅτι ἂν βούλωμαι: & de præt. ὅτι ἐβουλόμην ἐχρώμην. Additur etiã & alius quiuis accuſatiuus, quàm ὅτι uel τί. Demoſth. cõtra Philip. ἃ μὲν οὖν χρήσεται καὶ πότε τῇ δυνάμει παρὰ τὸν καιρόν. Plut. διὰ τοῦτο καὶ Κάτωνι μηδὲν χρήσασθαι ἄξιον σπουδῆς Πομπήϊον, Quæ cauſa fuit, ut nullam curationem Catoni Pompeius mandarit, quæ magnopere illi cordi eſſe deberet. Eo modo & pro reſpondere aliquando ponitur. Plato in Phæd. πάνυ ἐθαύμαζον ὅτι ἕξει τις χρήσασθαι τῷ λόγῳ αὐτοῦ, Neminem utiq; futurũ exiſtimabam, qui ei reſpondere poſſet. Et in Gorg. ἄτε ἔχεις χρῆσθαι, χρῶ, Si habes quod reſpondeas, reſponde. Idem in Philebo cum datiuo & accuſatiuo iunxit, ταύτῃ δὴ τῇ σκέψει τόδε χρησόμεθα, Ad hunc modum, uel ad hoc utemur.

Χρῆσθαι ἑαυτῷ καλῶς, honeſte ſe habere, modeſte uiuere & compoſite, Ariſtot. Polit. 5. Οὐκ ἔχω ὅτι χρήσομαι ἐμαυτῷ, pro incertus ſum quid agam, Plat. in Gorg. Aliquando χρῆσθαι eſt expendere, conſumere. Aliquando interrogare, oraculum petere. Aliquando reſiſtere, interficere. Bud. Com.

Χραύω. μ. αύσω. π. αυκα. ferio, exulcero, ἀμύσσω. Item incido, ſculpo, ξύω. Item appropinquo. Actiu. accuſ.

Χράω, χρήσω. μ. ήσω. π. ηκα. ἀπὸ τοῦ κίχρημι, accommodo, mutuo, δανείζω. Vnde ὁ κιχρὰς, qui utendum dedit: & ὁ κιχράμενος, qui utendum rogauit: & τὰ χρηθέντα, res accommodatæ, pecuniæ mutuæ. Aliquando ſignificat oraculum dare, uaticinari. Aliquando cum impetu inuadere, interficere, ἀναιρεῖν. Neutr. accuſ.

Χρεαγωγός. qui debitorem in ius rapit alterius nomine.

Χρεία. ας. ἡ. indigentia, uſus, neceſſitas, res, negotium, miniſterium. Vnde χρείαν ἔχω, indigeo, opus eſt mihi, opus habeo, uſum habeo dixit Gell.

Χρείη. indigentia.

Χρεῖος. ους. τό. debitum, opportunum, neceſſitas, utilis.

Χρειώ, Ionicè. ἡ χρεία.

Χρείω. μ. χρήσω. uaticinor. Et χρεῖαν (ut ſcribit Suid.) τύχαν.

Χρειώδης. εος. ὁ, ἡ. utilis.

Χρειῶδες εἶναι. ex uſu eſſe, id eſt utile eſſe.

Χρείων. οντος. uaticinans.

Χρεμετάω, &

Χρεμετίζω. μ. ίσω. π. ικα. hinnio, ore ſonitum edo.

Χρεμετισμός. οῦ. ὁ. hinnitus.

Χρεμετιστικόν. οῦ. τό. hinnibile.

Χρέμπτομαι. ſcreo.

Χρέμπτω. appropinquo, incido, ungo.

Χρέμψ. ψος. chronus nomen piſcis.

Χρεοκοπέω. μ. ήσω. π. ηκα. decoquo, id eſt aufugio propter æs alienum, fraudo debitores. Neutr. abſol.

Χρεοκοπία. ας. ἡ. decoctio.

Χρεοκοπίδης. ου. ὁ. &

Χρεοκόπος. ου. ὁ. decoctor.

Χρεοκοποῦμαι. debito fraudor, decocta ſcilicet pecunia.

Χρεωλυτεῖν. æs alienum ſoluere.

Χρέον. ου. τό. &

Χρέος. εος. debitum, æs alienum, mutuum. Item χρέος, pro χρεία, uſus, neceſſitas, oraculum.

Χρεῦμα. ατος. τό. fluctus.

Χρέω

Χρίω pro χρῶ Dorice. uaticinor.

Χρεώ. neceſſitas, χρεία.

Χρεών. fatale decretum, opus, decorū, utile, debitum.

Χρεῶν. ῶ. τὸ. &

Χρεῶς, τοῦ χρεῶ, Attice pro χρέος. debitū, opportunum. χρεῶν ἀποκοπαὶ ſunt nouæ tabulæ, quaſi æris alieni deciſiones, quæ etiam σεισάχθεια dicitur, quaſi onus excuſſum. Huic ſimilis eſt χρεοκοπία.

Χρεωστέω. μ. ήσω. π. ηκα. debeo. Actiu.

Χρεωστῶ. idem.

Χρεωστής. οῦ. ὁ. &

Χρεωφειλέτης. ου. ὁ. debitor.

Χρή. oportet & cōuenit, decet. ſed χρῆ, uaticinatur.

Χρήζω. μ. ήσω. π. ηκα. uolo, mutuo, cum accuſatiuo: uel indigeo, cum genit.

Χρηΐζω. μ. ίσω. π. ικα. indigeo. Neutr. genit.

Χρῆμα. ατος. τὸ. res, negotium. Dicitur etiam quaſi ἀντὶ τοῦ μεγέθους καὶ θαύματος per genitiuum, ut χρῆμα υὸς, χρῆμα φρονήσεως. Xenoph. καταβάλλει τὴν ἔλαφον καλόν τι χρῆμα καὶ μέγα: quaſi rem pulcherrimam & præſtantiſſimam. Cum autem ad forum refertur, tunc χρημάτων appellatione tam mobilia, quàm immobilia continentur, huiusq; ſignificatio tam latè patet quàm pecuniæ apud Iuriſconſultos: ita ut etiam corpora ſignificet, atq; eo amplius. χρήματα enim ſunt οὐσία, κτήματα, βοσκήματα: cenſus deniq; & facultates, opes, bona, & fortunæ, id eſt τὰ ὑπάρχοντα, τὰ ὄντα, hac ſignificatione ſignificantur: παρὰ τὸ χρήσιμα εἶναι, ut docet Xenoph. in principio Oecon. Sic Cic. in Verr. act. 3. pecuniam poſuit pro hæreditate, aut pro omnibus rebus quæ erāt in hæreditate, mobilibus ſcilicet atq; immobilibus. Demoſth. περὶ τὴν λακρ. pro mercibus poſuit, ἀνταγοράζειν πάλιν χρήματα. Bud. Com.

Χρηματίζομαι. μ. ίσομαι. π. ισμαι. lucror, quæſtum conſector, pecunias uel tributa exigo, diues ſum. Vnde κεχρηματισμένος ἀνὴρ, qui locupletatus eſt, & quæſtus uberes fecit. Itē colloquor, ὁμιλῶ περὶ τινῶν μεγάλων. De pon. accuſ. Bud. Com.

Χρηματίζω. μ. ίσω. π. ικα. ius dico, rebus explicandis conſtituendisq; uaco, ut magiſtratus ſolēt. ἀπὸ τῶν χρημάτων. Lucian. ἐπεὶ ὁ Ζεὺς ἱκανῶς ταῖς εὐχαῖς ἐχρημάτισε, Cum Iupiter hominum uotis uacauit, & de ijs ſtatuit. Inde & pro referre ad populum ponitur, uel ſenatum, & agere cum populo. Eſt etiam reſponſa dare legationibus, & κοινολογεῖσθαι, Diodoro, et Plut. in Caſ. Gregor. ὅτω γὰρ αὐτὸν ὀνομάζει ὁ θεὸς Μωυσῆ χρηματίζων ἐπὶ τοῦ ὄρους. Eſt etiam appellare aliquem, hoc eſt compellare & alloqui, agere cum aliquo de negotio & uerba facere, Dinarcho. Ponitur etiam pro nuncupari & appellari, & ὀνομάζεσθαι, Plut. in Anton. & Luc. in Act. 11. ἐγένετο δὲ χρηματίσαι πρῶτον, &c. Item tributa cogo, pecunias colligo. Acti. accuſ. Bud. Com.

Χρηματικός. οῦ. ὁ. pecuniarius, diues & copioſus, Plutarcho.

Χρημάτισις. coactio pecuniæ.

Χρηματισμός. οῦ. ὁ. quæſtus, lucrum, reſponſum diuinum, uel mandatum, oraculum. Eſt etiam poſtulatio, & relatio ad populum, quando ad eum aliquid referimus. Et reſponſum magiſtratuum & iudicum ius reddentium.

Χρηματιστήριον. ου. τὸ. officina numularia

Χρηματιστής. οῦ. ὁ. quæſtor pecuniarum.

Χ Ρ.

Εἰ ὁ εἰς πόρον τῶν χρημάτων ἀξιὸς καὶ ἔμπειρος. Xenoph. ἀνὴρ χρηματιςὴν, dicit pro homine ad rem augendam impigro. Plato pro negotiatore utitur.

Χρηματιςικὴ τέχνη. ars quæſtuaria.

Χρηματιςικός. ȣ̃.ὁ. lucro uacans.

Χρηματοποιόν. lucroſum, quæſtuoſum.

Χρὴν & ἐχρῆν, ἀντὶ τȣ̃ χρή.

Χρῆναι. oportere.

Χρῆσαι. uide χράω.

Χρῆσθαι. uide χράομαι.

Χρησιμεύω. μ. εύσω. utilis ſum. Cyril. χρησιμεύσαι εἰς τὴν δημιουργίαν.

Χρήσιμος. ȣ.ὁ. pretioſus, utilis.

Χρῆσις. ιος. ἡ. uſus.

Χρησμολογία. ας. ἡ. oraculum.

Χρησμολόγος. ȣ. ὁ. fatidicus, oraculorum interpres.

Χρησμολογῶ. uaticinor.

Χρησμός. ȣ̃. ὁ. oraculum, reſponſum quod redditur à numine aliquo petẽtibus. Sed Hieronymus putat χρησμὸν dici, quoties deus per ſe reſpõdet

Χρησμοσύνη. indigentia, paupertas.

Χρησμῳδέω. μ. ήσω. π. ηκα. uaticinor, do reſponſum, oraculum reddo. Neutr. abſol.

Χρησμῴδημα. ατος. τὸ. &

Χρησμῳδία. ας. ἡ. oraculum, uaticiniũ.

Χρησμῳδός. ȣ̃ ὁ. ſortilegus, ariolus.

Χρῆσα Doricè pro χρή. oportet.

Χρηςέον. utendum.

Χρηςεύομαι. μ. εύσομαι. π. ευμαι. benignus ſum. Depon. abſol.

Χρηςήρ. qui dat oracula.

Χρηςηριάζομαι. μ. άσομαι. π. ασμαι. peto reſponſum. Depon. abſol.

Χρηςήριον. τὸ. oraculũ, locus uaticinij.

Χρήςης. ȣ. ὁ. fœnerator, creditor, uel etiam debitor.

Χρηςογραφία. ας. ἡ. artificiũ pingendĩ.

Χρηςολογία. ἡ. blandiloquentia.

Χρηςολόγος. blandus uerbis, re nõ item, qui uerborum comitate fruſtratur poſtulatores.

Χρηςοήθης. εος. ὁ. qui eſt probis moribus

Χρηςός. ȣ̃. ὁ. bonus, utilis, frugi, ſuauis, placidus, comis, benignus, facilis, commodus, humanus. Apud Lucian. χρηςῷ μάλα καὶ βαθεῖ τραύματι, alto grauiſsimóq; uulnere.

Χρηςότης. ἡ. benignitas, utilitas, ꝓbitas

Χρηςουργία. bonum opus.

Χρηςοφιλία. ας. ἡ. bonorum gratia & amicitia.

Χρηςόφιλος. ου. qui habet bonos amicos.

Χρήςωρ. ορος. ὁ. uates.

Χρηςῶς. rectè, utiliter.

Χρῆται Attice pro χρᾶται.

Χρία. formicarum domicilium.

Χρίμπτω. μ. ψω. appropinquo, fulcio, nitor, eijcio, ungo, obuio.

Χρίσις. ιος. ἡ. unctio.

Χρῖσμα. ατος. τὸ. unguentum, unctio.

Χριςόμαχος. ȣ. ὁ. hæreticus.

Χριςός. ȣ̃. ὁ. Chriſtus, & unctus adiectiuè.

Χρίω. μ. ίσω. π. ικα. lino, ungo. Actiu. accuſ.

Χρόα, & adiectione ι χροιά, Doricè. ας. ἡ. color. Eſt item accuſatiuus à χρὼς.

Χροανθής. lucidus, nitidus.

Χροΐζεσθαι. cutim tangere.

Χρόμαδος. ȣ. ὁ. ſtrepitus, ſtridor dentiũ, maxillarum & dentium colliſio.

Χρόμη. hinnitus, impetus, audacia.

Χρόμις. piſcis quidam.

Χρόμος. hinnitus.

Χρονιαῖος. ȣ. ὁ. diuturnus.

Χρονίζομαι, &

Χρονίζω. μ. ίσω. π. ικα. duro longo tempore, inueteraſco, perſeuero, Ariſtot. Ethicor. 9. Eſt etiam tardo, moror, & tardius uenio, Hippocr. Neutr.

absol. Bud. Com.

Χρονικός. ῆ. ὁ. temporalis, temporarius. Et τὰ χρονικά, obſeruationes temporum. Latini annales uocant, cum digeſta temporibus recenſentur.

Χρόνιος. ου. ὁ. diuturnus, tardus.

Χρονιώτερος. diuturnior, longior.

Χρονίως. longo tempore.

Χρόνος. ου. ὁ. tempus. Eſt propriè χρόνος, quoties de genere, modo, ſpatio ue temporis agitur, ueluti ſeculum, annus, menſis, dies, hora.

Χρονογραφία. temporum deſcriptio.

Χρονόγραφος. annalium ſcriptor.

Χρονολῆρος. ætate deſipiens.

Χρονοτριβέω. μ. ήσω. π. ηκα. tempus tero. Neutr.

Χρόνῳ. tandem.

Χρόνῳ δ᾽. poſt breui tempore.

Χρόνῳ ὕστερον. aliquanto poſt tempore.

Χρόομαι. μ. ώσομαι. π. ωμαι. coloro. De-

Χρυσαίζω. orno, κοσμῶ. (pon.

Χρυσαλλίδες. chryſallides quaſi aureliæ, animalia quædam.

Χρύσαμμος. aurea arena.

Χρυσαμοιβός. menſarius, campſor.

Χρυσάμπυξ. υκος. ὁ. habens auream habenā uel frænum aureū, uel mitrā.

Χρυσάνθεμον. τό. herbæ genus.

Χρυσάορος. ου. ὁ. χρυσάωρ.

Χρυσαυγέω. radio ut aurum, fulgeo. unde

Χρυσαυγοῦντα uocant ἀστράπτοντα, uel στίλβοντα.

Χρυσάωρ. ορος. ὁ. gerens enſem aureum.

Χρύσεος. ου. ὁ. aureus.

Χρυσελεφαντηλέκτροι ἀσπίδες. auro, ebore, electro facti clypei. Dictio eſt poëtica.

Χρυσένδετος. ου. ὁ. in auro ligatus.

